


Antigua de
Bohío 502a



BIBLIOTECA

del

INSTITUTO

YPP

H

Nº

Est 70-646

6858

91-91



J. Petrus de Sarasta not. J.

Sancti Petri

de Calochana

Salutem in xpo

Cubillera 14 de Mayo

Veneranda

Dos Señores de la Real Audiencia

de esta Isla

M. de la Cruz y Jofre

M. de la Cruz y Jofre

D. Llamano y pluviosidad

BIBLIOTECA
PUBLICA
PROVINCIAL
BURSA



BIBLIOTECA PROVINCIAL BURGOSA

METHODVS

siue Ordo procedendi Iu-

diciarius iuxta stylum & foros Regni

Aragonum nunc primum ædis

tus per Michaelem Ferrer

Causidicum.

¶ CVM INDICE COPIOSISSI-
mo vniuscuiusq; formæ.

B-16
2539



Cæsar Augusta.

de S. Victoria

In ædibus Petri Bernuz.

M. D. LIIII.

¶ Cum Regio Priuilegio. ¶

3 Petrus de Sarasa

BIBLIOTECA
PUBLICA
PROVINCIAL
BURGOSA

1012

JAMES THOMAS

the Order of the...

...

...

...



...

...

M. D. LIII.

...

...



OS PHILIPPVS DEI GRATIA

Princeps Asturiarum & Gerdandæ &c. Primogenitus regnorum Castellæ, Aragonum, Legionis, vtriusq; Sicilia, Ierusalem &c. Gubernator generalis regnorum coronæ Aragonum, Dux Montifalbi, & dominus ciuitatis Balagarij. Quum pro parte tui dilecti nostri Michaelis Ferrer, notarij causidici consistoriorū regni Aragonum ciuitatis Cælarangustæ vicini, fuerit Serenitati nostræ expositum: te animo ac desiderio reparandi multa incōmoda, atq; damna quæ hæctenus acciderunt, ac subsequuta sunt: acciduntq; quotidie ferētibus processibus, causis, cæteraq; negotia: in quasuis audientias, curias & tribunalia istius regni Aragoniæ: quum non sit certa norma, ac methodus procedendi in dictis processibus et causis quæ ibi actitantur & feruntur: proq; tuo singulari in Rempublicam amore hunc laborē in euoluendis foris, priuilegijs atq; obseruantijs istius dicti regni (quæ super eis atq; huiuscemodi loquuntur: suaq; autoritate disponunt) ac insuper varios processus, tam veteres q̄ recentiores, cuiusuis modi procedendi in dictis causis sumpsisse: Quibus summa cura & studio multos dies noctesq; vacasti: atq; etiam plures in hac re annos (magno tuo dispendio ac labore) impendisti: illisq; optime perspectis & cognitis, nunc tandē in lucem ædidisti librū de methodis et rationibus procedendi in dictis processibus & causis, cæterisq; negotijs secularibus, iuxta foros, priuilegia & obseruantias dicti regni, practicam, optimumq; & approbatum stylum in audientia regia, atq; curia Iustitiæ Aragonum. quem librum inscripsisti (Methodus, siue ordo procedendi Iudiciarius, iuxta stylum & foros regni Aragonum, nunc primum æditus per Michaellem Ferrer causidicum) & celsitudini nostræ non solum vtilem, verum etiam apprime necessarium causidicis, cæterisq; personis, in eas audientias & curias atq; tribunalia ferentibus processibus & causas, futurum renunciaisti. Quia ea est natura ratioq; processuū, qui ibi tractantur, ac feruntur: vt si eo libro ducatur: citra omnem errorem & caliginem in illis deinceps possint procedere. quod antea deficientibus his Methodis & formis, non ita facile, ac recte fieri poterat. Et propterea feceris nobis humiliter supplicari: vt licentiam & facultatem dictum librum imprimendi, & impressum vendendi, intra regna coronæ Aragonum tibi soli, & alij nemini ad tē-

pus nobis placitum, concedere dignaremur. Nos vero recognitionem dicti libri tui huiusmodi magnificis doctoribus Ioanni Sora regio cōsiliario regiae audientiae, & Ioanni Perez de Nueros aduocato fiscali suae Maiestatis & nostro, in regno Aragonum commisimus. à quibus habita opportuna relatione de libro huiusmodi, maximoq; commodo & utilitate illius, vt ipse omnibus curialibus, alijsue personis communis existat; tuq; ex labore, quem suscepisti; aliquam utilitatem consequaris; supplicationi tuae duximus annuendum. Tenore igitur praesentis, de nostri certa scientia, regiaq; authoritate, & potestate plenissima, qua fungimur; tibi cōcedimus, plenariamq; facultatē impartimur, vt polsis & valeas dictum librum desuper intitulatum, per te (vt praefertur) cōpositum & ordinatum, per quemcunq; malueris impressorē, typis mādare, seu imprimi facere. Interdicentes, ac expresse prohibentes quibuscunq; impressoribus, & alijs personis, ne aliquis eorum (te inuito) librum praedictum imprimi, impressumue vendere valeat, aut audeat vlllo modo, in praedictis regnis & dominijs nostris Coronae Aragonum, per decem annos continuos, à die & anno infra scriptis computandos: sub poena amissionis librorum ipsorum, & cētum florēnorum auri; in tres aequas portiones diuidēdorum: quarum vna accusatori, altera fisco regio, & reliqua tibi dicto Michaeli Ferrer penitus applicetur: & acquiratur. Quapropter Illustribus, Egregijs, Spectabilibus, Magnificis, dilectisq; consiliarijs, & fidelibus regijs quibuscunq; locumtenentibus, & Capitaneis generalibus suae Caesareae Maiestatis, Cancellario, Vicecancellario, Regēti cancellariam, Regentibus officiū nostrae generalis gubernationis, Iustitiae Aragonum, Magistris rationalibus, Baiulis generalibus, regijs procuratoribus, caeterisq; vniuersis & singulis officialibus, & subditis regijs, in dictis regnis coronae Aragonum cōstitutis, & constituendis, dicimus, praecipimus & iubemus: ad incursum indignationis & irae Regiae & nostrae, poenaeq; florēnorum auri Aragonū mille, regijs inferendorum avarijs, q; nostram huiusmodi licentiam, & facultatis gratiam, & prohibitionem, omniaq; & singula in ea contenta teneant firmiter & obseruēt; teneriq; et obseruari faciant per quoscunq;. & in nullo contra faciant facereue permittāt, ratione aliqua seu causa: si (praeter indignationis & irae regiae & nostrae incursum) poenā praepositam cupiunt euitare. in cuius rei testimonium, praesentes sic

ri iussimus, nostro Regio communi sigillo à tergo munitas. Dat. in
Villa Vallisoleti die quarta mensis Aprilis, anno à natiuitate domini
Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto.

Yo el Principe.

Vidit Vrgelles Regens. Vidit Peresius pro cō- Vidit Camaccius Reg.
Vidit Dominicus de Or seruatore generali. Vidit Giginta Reg.
bea Reg. gñalem The
saurariam.

Serenissimus Princeps mandauit mihi Dominico
de Scartin vis. per Vrgelles Reg. cancellariam,
Domi. de Orbea Reg. gñalē thes. Camacciumq;
& Giginta Reg. & Peresium pro confer. gñali.

Registrata in diuerso. Arago. ad. D. P. viij. fol. C. lxxix.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory sentence.

Yo el Principo

Second block of faint, illegible text, appearing to be a paragraph of a document.

Third block of faint, illegible text, continuing the document's content.

Fourth block of faint, illegible text, possibly a signature or a concluding line.

♠ Petrus Bernuzius ♠

candido lectori.



N ECESSARIUM EQVI
dē fuit, vt prouidētia diuina in remediū
infirmitatis humanæ literarum vsum
mortalibus exhiberet: vt per illum quæ
gesta sunt & geruntur, perpetuo conseruarentur.
Quoniam vita breuis ac incerta qua fruimur, sens
susq; hebes, negligentia torpor, varia in diuersis
occupatio, nos pauca scire permittunt: et quæ
cognita sunt, plerūq; excutit obliuio, memoria
inimica. Nisi enim diuina natura philosophos pro
duxisset antiquos, quorum beneficio plura prodi
ta sunt posteris, quibus gaudemus & miramur: pe
riissent artes, euanuissent iura, & totius philoso
phiae religionis & fidei corruissent officia. Vnde
merito colēdi sunt: à quibus tāti boni initia fluxe
runt. Quamobrē animaduertens Michael Ferrer
noster, qđ diuitiarum & fortunæ gloria fluxa atq;
instabilis est: virtus autem clara æternaq; habetur:
qđq; nulli etiam nato præclusa est via addendi ali
quid inuentis: cum ipsa veritas nondum omnino
sit occupata: proposuit, (spreto cōmodo proprio)
in procuratorū regni doctrinam presens opuscu
lum nouæ & veteris iudicialis praxis cōpilare, sub

A iij

compendio quanto fieri potuit breuiori & magis
familiari, vt quod longo temporis spatio, ac maxi-
mo labore, vix intelligebatur: hodie breui & mini-
mo negotio perfecte ediscatur. Eapropter alacri
studio, praesens opusculum hac celebri aetate inchoa-
tum, perfectum, et nobis imprimendum traditum,
anno praesenti millesimo quingentesimo quinquagesimo
quarto, gratiose suscipite, cupide perlegite,
& diligenter memoriae commendate: vt forenses
causas vestro patrocinio dirigendas, non indigne
suscipiatis. Reddentes gratias deo optimo maxi-
moque, quod sic vestris temporibus haec lucis virtus no-
bis claruerit. Valete.

Admodum magnifico do

mino Alphonso Muñoz à Pampilo
na legum Doctōri peritissimo
Michael Ferrer.

S. D.



UPERIORIBVS ANNIS,
iuris vtriusq; consultissime, procurato-
riam artem aggressus, institui pro mea
virili, procedēdi formas receptas in liti-
bus & causis huius Regni colligere: illas vndiq; di-
spersas aucupando: cum ex praxi in omnibus cu-
rijs amplexa: tum maxime ex legibus Aragonum
Regni, quas foros & obseruātiās appellamus. Nō
quidem vt gloriā in hoc negocio obeundo mihi
captarem, existimans has nugas in futurū in lucē
ædendas: id enim semper à me alienum putauit: sed
quo mihi viam quandam breuem, & qualemcūq;
præscriberem: qua hæc memoriæ imprimēdo vsu
& exercitatione pollerem: cū nullus hæctenus ex
antiquis procuratoribus, quorum permulti floru-
erunt, sed nec ex neotericis qui tempestate nostra
vnice præstant: aliquid in medium protulerit, quo
publicæ utilitati consulatur, qui sane hæc & mira
verborum copia, & eleganti methodo facere po-

A v

tuisſent. Quos quidem non mediocriter damnandos eſſe cēſerem: niſi arbitrarer, negocijs diſtrictos hoc munere nos donare, ac proſequi non potuiſſe. Cum igitur hæc ad umbilicum uſq; perduxiſſem: & abunde mihi viderer ſatiſſeciſſe; nonnullorum familiarium ſuaſu dictas procedendi formas commodauit. Quibus deceptus circumſpexi, illas penes plurimorum iuuenum manus meo nomine legi, adeo corrupte, vt longe viderentur deteriores q̄ à me fuerunt ſcriptæ, cui malo & incommodo haud aliter medendum duxi, quam ſi rudimenta illa, quæ exercitiij gratia feceram, memoria repetens emēdarem: correctaq; in vulgus æderem. In quo inſtituto ſucciuſiuis (quod aiunt) horis non deſunctoriam operam nauaui: nec abſq; aliqua negociorum iactura. Et ſcio non de futuros aliquos, qui ſemper famę alienę obſtrepentes me arrogantię & temeritatis arguant, inſimulent, & reum faciant. arrogantię inquam, q̄ tantum mihi in arte procuratoria videar vendicare: vt me in album procuratorum referendum arbitrer. temeritatis porro, vt pote qui omnium minimus, hæc attingere ſuſceperim. Quibus hoc reſponſum velim. q̄ ſi fuerint a deo auribus delicati, vt aliena deſpiciant, & pro nihilo habeant eorum oſtētatione: ab horum lectio-
ne ſeſe abſtineant. quando quidem nos hæc ſolum tyronibus ſtudioſis publicamus, nitentes eos la-

boribus subleuare: vt breui aliquid vtilitatis repor-
tent: ne in agendis causis penitus cæcutiant & allu-
cinentur. Quid dixerim q̄ fortassis illi qui hæc
ipsa cõtemnent, licet apicem & fastigium arte, vsu,
& negociorum conflictu fuerint adepti, si ad hæc
calamum adiungere tentauerint, forsan obstupe-
scent, & merito dicetur in illos, parturient mōtes:
nascetur ridiculus mus. Ad quas obtrectationes
amoliēdas tu solus inter omnes, qui primas tenes,
in hac prouincia occurristi: cui has lucubrationes
nuncuparem, ac inscriberem, tanti nanq̄ viri cal-
culo approbatæ, calūnias omnes facile propellēt.
Quare te etiam atq̄ etiam rogo, & obsecro: vt obi-
ter illas legas: & tua exercitatissima manu, & lima
corrigas & emendes, & quæ parū cõmoda, & inuti-
lia videbūtur: refeces & succidas, & eas tua facūdia,
autoritate, & gratia, tuearis. Vt si quid cõmodi ex
his studiosæ iuuentuti accreuerit: omne id tibi
acceptum referatur. Precor Deum: vt an-

nos Nestoreos superes. Vale Cæsar

augustæ Calendis Iunij, anno

ab orbe redempto mil-

lesimo quingentes-

simo quinquas-

gesimo ter-

tio. . . .



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

Alphonfus Munyoz à Pã

pilona commilitonibus suis, forensi ac in
literaria militia, apud inclytum Res
gnum Aragonum, militanti
bus salutem & labo
rum leuamen.



QUANTUM BONUM (teste illo Peripateticorū Principe Aristotele) quanto communius, tanto melius, hinc fons ille eloquentiæ Marcus Tullius exclamat, alijs quoq; & nati sumus. Est enim veri boni à natura nobis ingenerata cupido, & tantum quidem est in communem hominum societatem conferendum quantum quisq; ingenio, opere, ac labore assequi potuerit. Ideoq; prouidus vir MICHAEL FERRE forensium litium solertissimus, ac fidelissimus actor causidicus, iuuenis ingenio quodam natus felicissimo, & ad disciplinas egregias vnice accommodato, tam ingenio fretus, quam communi vtilitate inductus, instinctu inq; naturæ, qui homines etiam hominū causa procreatos esse voluit: vt se inuicem ac vtcunq; possent auxilio & ratione iuuarēt: proximis hisce diebus opus iudiciarij ritus, non minori cura, q̄ iudicio, criminale, & ciuile, ordinarium, extraordi-

narium, vniuersale, generale, speciale, commune, integrū, partiale, summarium, & cōtradictorium, iudicia videlicet amplectens ædedit. In quibus & interpretem agit, vbi res interpretatione visa est egere: & ex maxima parte, quæ deesse videbātur, supplet; atq; addit. Vt non tam recitatio in compendio iudicari debeat hic iuuenis consultissimi labor: q̄ iustum volumen. In quo talenti, cælitus sibi traditi, non absconditi in terra, rationem amplissimam reddit. Cum sit literarum ratio, vt non tantum scriptoris ipsius negocium agat (quod parui ducendum est) q̄ vt omne genus hominum iuuet, & posteritatem ab ignorantiæ malo vindicet. Opus vero causidicis, & iudicibus oppido vtile, nec immerito sane, quia & causarū elucidationi, & quotidianæ formulæ pernecessariū est. cum fororū nostrorum nodos plurimos, & ænigmata intricatissima soluat: enucleet; & in veram lucem erigat. huiusq; præclari operis magnam, in causidicorum bibliothecis, nostra tempestate videbam esse penuriam: magnumq; ob id detrimentum recentiores iuris candidatos ad praxim aspirantes perpeti. Ideoq; huiusmodi opus eisdem maximo vsui, & utilitati, futurum esse existimo. Quoniam ea quæ improbo labore, & plurimorum annorum intercapedine, vix acquiri poterant, tribunalia etiam & curias continuando; in officina propria huius ope

ris lectione reclusi, paucis diebus consequi vale-
bunt. Ideoque vos domini mei, ne mente oblatran-
di, sed amore studendi, & animo ediscendi, se-
dulo legatis: atque perlegatis: sane quid benevole
perlegentibus nocebit. In eo vero si quidquam vobis
quandoque profuturum, ac frugis occurrerit: non
dissimuletis, sed id ipsum deo optimo maximo as-
scribatis, & gratias agatis laudesque referatis ipsi au-
tori, qui suo labore & cura vos ab illis suble-
uavit. Valete, ex officina literaria nostra

Cæsaraugustana decimo octavo ca-

lendas Septembris, anno ab

incarnato verbo quin-

quagesimo tertio

post mille &

quingen-

tos. . .



Amoris ad lectorem Petrum



Ioannis Tudeleꝯ Iurís.

periti Alcagnicensis Carmen ad lectorem.

*Difficilem, propter nostri fora libera regni
Si procedendi uis bene nosse uiam:*

*Per breue monstrat iter, magna sed mole paratum
Ferreriꝯ hoc miræ dexteritatis opus.*

*Nam quod uix longi præstabat temporis usus:
quodq; indeffessus uix dabat ante labor:*

*Sumptibus id minimis tibi nunc, minimoq; labore,
Et paruo præsens tempore præstat opus.*

*Praxis enim, per mille foros quæ fusa iacebat:
Antea iners, formam nunc habet illa suam.*

*Nec rudis hæc posthac erit indigestaue moles:
Continet hæc metas, clauditur arte sua.*

Autoris ad lectorem Prefatio.



Vntis in hoc libro, candide lector (vt te labore subleuare-
mus & expensis; in citandis siue allegandis foris & obser-
uantijs huius Regni) utrunq; volumen fororum complexi:
antiquum scilicet, & nuperrime compilatum, designando
numero primo, singulis citationibus nouum. secūdo uero, antiquum.
vt quodcunq; dictorum voluminum nactus fueris, materiam occur-
rentem percipias.

Index processuum qui

in toto hoc opere continentur.

P rocessus civilis ordinarius secundum foros antiquos. folio.	1.
P rocessus civilis iuxta foros novos. fol.	15
P rocessus civilis summarius, qui fit in causis non excedentibus tercentum solidos. fol.	17
P rocessus apprehensionis iuxta forum incipientem, P or qua to por el fuero, titu. de apprehensionibus, fol. 90. als. 179. folio.	17
P rocessus apprehensionis iuxta forum A d nostrum, sub tit. de apprehensionibus, fol. 85. als fol. 87. sub ti. de ordine cogni tionum. fol.	23
P rocessus manifestationis scripturarum. fol.	23
P rocessus manifestationis bonorum. fol.	23
P rocessus manifestationis personarum. fol.	23
P rocessus super emparamento. fol.	25
P rocessus firmarum grauaminum factorum iuxta forum an tiquum. fol.	28
P rocessus firmarum grauaminum factorum iuxta forum C a lataiubij. fol.	29
P rocessus firme grauaminum faciendorum iuxta foros anti quos. fol.	31
P rocessus firme grauaminum faciendorum iuxta forum C a lataiubij. fol.	31
P rocessus firme priuilegiatę. fol.	31
P rocessus firme possessorie iuxta foros antiquos. fol.	32
P rocessus firme possessorie iuxta forum, P or dar breu expe dicion editum C alataiubij sub ti. de firmis iuris super pos sessione. fol. 140. als. 206. fol.	32
P rocessus firme tertij. fol.	33
P rocessus inuentarij iuxta foros antiquos 7 nouum. fol.	33

Processus inventarii contra mercatores fallitos, fol.	34
Processus venditionis specialis obligationis iuxta foros antiquos et novum, fol.	34
Processus venditionis pignorum iuxta foros antiquos et novum, fol.	35
Processus divisionis bonorum iuxta foros antiquos et novum, fol.	36
Processus divisionis terminorum, fol.	36
Processus super refectione et reparatione septi, siue acuti, et fosse incilis, siue cequite, in termino alieno, fol.	37
Processus super deposito, fol.	37
Processus super extractione instrumenti, fol.	38
Processus super diminutione caballeriarum, fol.	38
Processus super consulta, fol.	39
Processus super contenditibus super eodem officio, fol.	40
Processus recursus iuxta foros antiquos et novum, fol.	40
Processus super literis subsidiarijs, fol.	41
Processus resumptionis iuxta forum antiquum et novum, fol.	41
Processus super petitione alimentorum, fol.	42
Processus infantionie per gradus, et infantionie per possessionem, fol.	42
Processus contra officiales alienigenas, fol.	44
Processus criminalis iuxta foros novos, fol.	45
Processus criminalis iuxta foros antiquos, fol.	50
Processus inquisitionis contra officiales regios, fol.	52
Processus accusationis contra officiales regie audientie, fol.	53
Processus denuntiationis contra Justiciam Aragonum et eius locumtenentes et alios, fol.	53
Processus calonie homicidij, fol.	54
Processus super prouocatione et diffidamento, fol.	55
Processus occupationis temporalitatum, fol.	57
Processus appositionis pendonum, fol.	58
Processus super crimine stellionatus, fol.	59

Processus ad affecurandum personam. fol.	59
Processus contra illos qui prestant auxilium alienigenis, ad obtinendum beneficia in regno. fol.	60
Processus executionis sententię late in processu criminali per iudices inferiores, cum literis regię audientię, seu curię iusti tię Aragonum. fol.	61
Processus super notorio. fol.	61
Processus contra meros executores, qui sunt a foro submissi. folio.	61
Processus contra notarium, qui amisit processum. fol.	62
Processus ad sententiandum censuale. fol.	62
Processus super executione commande. fol.	62
Processus super executione sententię arbitralis. fol.	63
Processus super executione chirographi mercatorum. fol.	63
Processus super executione cōtra alienātes in studentē. fol.	63
Processus contra debitores vniuersitatis. fol.	63
Processus sup executione cōtra officiales mechanicos. fol.	64
Processus super executione ratione condemnationis volun tarię. fol.	64
Processus super literis pignoratitijs. fol.	64
Processus executionis cōtra receptores malefactorū. fol.	65
Processus ad finem affecurandi curiam. fol.	65
Processus cessionis bonorum. fol.	65
Processus super modo se tradēdi ad custodiā creditoris. fol.	66
Processus super creatione tutoris. fol.	66
Processus super remotione ⁊ suspensione tutoris. fol.	67
Processus super creatione curatoris. fol.	67
Processus super creatione administratoris. fol.	68
Processus super licentia vendendi. fol.	68
Processus super taxatione alimentorum. fol.	68
Processus super euocationibus simplicibus. fol.	69
Processus super prouisione perhorrescentię. fol.	69
Processus prouisionis adiunctionis. fol.	70
Processus super comperentia iurisdictionis. fol.	70

Processus summarius coram Diputatis Regni, fol.	71
Processus super reparationibus eorumque omittuntur, seu aliter continuantur in processibus, fol.	72
Processus appellationis, fol.	72
Processus ad redarguendum instrumentū de falso, fol.	79
De curijs generalibus, fol.	81

Index eorumque con- tinentur in processu civili.

De citatione in omnibus causis civilibus, fol.	1
De petitione, fol.	2
De assignatione ad deliberandum, fol.	3
De interpositione fori declinatorie, fol.	3
De exhibitioe, fol.	4
De declaratione, fol.	4
De dilatione ad querendum instrumenta, fol.	5
De assignatione ad faciendum fidem de potestate, fol.	5
De assignatione ad cauendum, fol.	6
De litis contestatione, fol.	6
De assignatione ad probandum, fol.	7
De productione instrumentorum, fol.	8
De probatione per testes, fol.	8
De probatione facienda per delationem iuramenti, fol.	9
De publicatione, fol.	9
De assignatione ad contradicendum, fol.	9



In iudiciali genere,

quod positum in controuersia continet in se accusationem, aut petitionem cum defensione: alij sunt processus civiles, alij vero criminales. Civilium rursus in Aragonensi prouincia multiplices sunt modi. Nos autem et civilium, et criminalium formas, ac ritus, persequi et

describere hoc volumine instituumus. Idque eo ordine, ac methodo, ut ab eo processu civili (qui vulgo ordinarius dicitur) initium sumamus: utpote qui latissime pateat: et alios omnes, quasi ab eo dependentes, suo ambitu complectatur. Eoque cognito aliorum forme facilius comprehendantur. In quo si longius quam oportet, nos immorari cupiam videbimur: id consulto, ac breuitatis studio, a nobis factum esse intelligat. In ceteris enim procedendi modos breuiter perstringemus: in pluribus ad huiusmodi processum nos referentes: ex eo veluti e penu quodam depromendis. Sed ne diutius lectorem ab instituto retardemus, rem ipsam aggrediamur.

In predicto igitur ordinario et civili processu, aut agitur circa recuperationem alicuius quantitatis: aut rei vendicationem, seu petitionem aliquorum bonorum sedentium tantum, seu sedentium vna cum mobilibus. In quo civili processu (si causa dependeat ex contractu confecto post foros Calataiubij, qui conditi fuerunt anno domini. M. cccclxj.) dupliciter potest procedi. Uno modo iuxta foros antiquos, altero vero iuxta predictos foros Calataiubij. Si agatur ad rei vendicationem, seu petitionem bonorum sedentium tantum: et seu sedentium simul cum mobilibus: procedetur iuxta for. i. ti. de rei vendicatione fol. 52. als. fol. 202. Si vero ad recuperationem alicuius quantitatis, seu bonorum mobilium tantum: procedetur iuxta forum secundum eiusdem tituli. In manutamen agentis est iuxta quos foros predictam causam ducere voluerit: ut in pres

Methodus procedendi

dictis foris statuitur: dummodo in prima petitione electione fecerit, que si facta non fuerit, causa censebitur ducta secundum foros predictos Calataiubii. Et tunc non esset locus variationi, imo si aliter fieret processus, parte contraria dissentiente: esset nullus. Si vero predicta causa oriatur ex contractu confecto ante foros Calataiubii: est necessario prosequenda iuxta foros antiquos, et non est aliqua electio prosecutionis facienda. Inter quos foros antiquos nullus reperitur, qui certo ordine predictam procedendi normam prescribat. Sed ex inueterata consuetudine ex predictis foris antiquis sumpta, est quidam procedendi modus receptus: secundum quem processus civiles ordinarij ducuntur. In quo quidem processu ordinario, quoniam a citatione est incipiendum: deinde offertur petitio: et ea oblata assignatur ad deliberandum: deinceps vero ad exhibendum, declarandum, contestandum, probandum, publicandum, contradicendum, proponendum et allegandum, renunciandum et concludendum, ideo de predictis aliquid est singulatim attingendum. His enim intellectis, facilis erit ac aperta ratio progrediendi: non solum in ordinario processu, verum et in reliquis civilibus.

De citatione in omnibus causis civilibus.



Citatio cause inchoatiua in propria persona futuri conuenti fieri debet: non autem in persona procuratoris: preterquam in casibus a foro exceptis, veluti quando dominus Rex seu eius locum tenens generalis et seu primogenitus sunt citandi. tunc enim, vt traditur in foro vnico de in ius vocando fol. 40. als fol. 185. sufficit quod citetur aduocatus seu procurator fiscalis facie ad faciem.

Per citationem cause inchoatiuam ad aliquos actus in con-

contumaciam conuenti procedi non potest: nec ipsi currit tempus a foro preñitum: nec dicitur legitime citatus, nisi fuerit facie ad faciem deprehensus: donec sic pignozatus, pignusq; coram iudice in curia reportatum: et seu donec per se seu procuratorem comparuerit: vt disponitur in predicto foro de in ius vocando. Et ante dictum forum idem fuisse statutum in iurisfirmarum processu innuit forus. i. ti. de contumacia fol. 41. als. fol. 147. Citatio vero, que non est cause inchoatiua, (vt notatur in obseru. Item de consuetudine regni, ti. de citatione fol. 9. als. fol. 11.) in quibusuis causis civilibus, ac etiam criminalibus civiliter motis, sufficit ad domum.

Cuniuersitates citantur iuxta obseruan. 2. dicti ti. de citatione, ad decimum diem. et ex consuetudine ceteri omnes, preter nobiles et prelatos, qui ad tricesimum diem sunt citandi: nisi reperiantur in loco vbi curia resideat, tunc enim ad primum diem citabuntur. Et quando vniuersitas citatur, sufficit ex consuetudine qd citentur iurati nomine vniuersitatis.

Citationes et assignationes per quosuis iudices tam ordinarios, qm delegatos, sunt ad certum diem et locum faciende, vide for. 2. ti. de regente officium guber. fol. 19. als. fol. 117.

Citari quis potest (vt dicitur in obseru. incipi. de vsu dicti ti. de citatione) etsiam die feriato, ad diem non feriatum, sed ad diem feriatum comparere non tenetur nisi ad proximū diem iuridicum sequentem.

Citari non potest quis ad comparendum eodem die quo citatur: nisi immineat periculum, vti si fructus emparati sint maturi, si fuerit super illis firmatum: poterit emparans ad eundem diem citari ad offerendum rationes contra iurisfirmam, vide obseru. incipi. item de securamento, eodem ti. de citatione.

Actor in principio cause non reputatur contumax, sed si conuentus comparuerit, et nihil ab eo petatur: licentiabitur, et erit

Methodus procedendi
iterum citandus. de quo vide obser. finalem de cōtumacia fol.
28. als. fol. 37.

Si conuentus fuerit contumax reputatus: et eodem die iudice adhuc pro tribunali sedente comparuerit: nihil soluet pro contumacia. vide obser. si contumax eodem ti. de contumacia.

Si citatus non comparuerit: et expectatus fuerit de gratia: mandabitur pignozari. et hec est consuetudo. Si tamen qui reputatus est contumax, deinde comparuerit: tenetur cauere de stando iuri. et de purgando contumaciam, rationibus vel expensis. que expense applicantur agenti. vt habetur in foro. 2. de contumacia fol. 41. als. folio. 35. et in obseruā. nota qd si reus ti. de fideiussoribus fol. 15. als. fol. 17. Sed nota qd quando quis citatur in curia domini iustitię Aragonum: tam in civilibus, qm in criminalibus: est ter de gratia expectandus, et hec est consuetudo et stylus curię.

De petitione.



In causis civilibus post citationem statim offertur petitio. etiam si aliquod debitum per instrumentum petatur: quando aliqua extra instrumentum per testes sunt liquidanda. et seu vbi agitur contra heredes obligati. vt traditur per obseruan. de consuetudine regni. titu. de pignoribus fol. 3. als sub eodem folio. Si vero debitum est manifestum, et partes obligate viuunt, et aliqua per testes non sint elucidanda: tunc sufficit propositionem offerre. Petitionem autem offerre, et propositionem offerre, ita inter se differunt. Petitionem offerre est via ordinaria procedere. et concludendum est in ea condemnari conuentum in petitis. Propositionem vero offerre est summam procedere, et concludendum declarari conuentum teneri ad petita.

In petitione sunt ponenda illa que t̄gant intentionis fundamentum, et inclusionem, aliter postmodum in processu allegari non possent.

In petitione civili potest quis pro arbitrio suo addere, et detrabere, et si errata sit illam mutare. Et declarare, usque ad litis contestationem: absque expensarum refusione, ut habetur in obser. 1. de mutuis petitionibus fol. 7. als. fol. 10. et in obser. 1. ti. de litis contestatione eodem fol. Litis autem contestata tunc dicitur, quando est pronunciatum esse sufficienter contestatum, ut innuit predicta obser. de litis contestatione.

In petitione seu propositione (ut superius est dictum) est faciēda electio iuxta quos foros, an iuxta foros Calata ubiq̄, an iuxta foros antiquos, causam prosequi voluerimus, ut statuitur in dictis foris, 1. et. 2. sub ti. de rei vendicatione.

Quandocumque non offertur petitio per actorem: reus est absolvendus ab instantia iudicij: et actor in expensis condemnatur, et ea est consuetudo.

In petitione contenta non possunt relinquere iuramento conuenti, ante litis contestationem: hoc est antequam fit petitioni responsum.

De assignatione ad deliberandum.



Blata petitione, ubi conuentus aut eius procurator comparuerint, assignatur illis ad deliberandum. Et idelicet velit ne conuentus cedere, an cōcedere in causa, de quo vide obser. 2. ti. de dilationibus fol. 5. als. fol. 6.

Quando additur, declaratur, detrahitur, seu mutatur in petitione, in casibus in quibus predicta locū habent: dantur nouę inducię, scilicet assignatur iterum ad deliberandum: si fuerit petendum, prout fit in petitione ad primum diem iuridicum, ut habetur in obser. 1. ti. de mutuis petitionibus fol. 7. als. fol. 10.

De interpositione fori declinatorie.



Quotiesquam est assignatum ad deliberandum, statim petitur per actorem assignari conuento ad contestandum. Quo facto, ante litis contestationem, et antequam in iudicem sit consensus, opponenda sunt exceptiones recusatorie iudicis: et declinatorie iudicij: aliter per tacitum consensus iudicio approbato vel in iudicem consentiendo, omissis dictis exceptionibus, ad ulteriores procedendo, non possent allegari.

Ubi predicta fori declinatoria allegatur, est aduertendum: ut innuit forus primus de commissio, et rescriptis fol. 29. als. 76. ut dicamus, nostrum principalem esse vicinum et habitatozem talis ville, seu loci. In quo habet suos proprios iudices ordinarios, et locales, iustitiam et alios officiales: coram quibus est etiam dicendum preesto esse et paratum, ad faciendum iustitie complementum: supplicando se remitti. Aliter posset ulterius procedi, fori declinatorie interpositione non obstante.

Ubi ergo super predictis exceptionibus fuerit pronunciatum, et mandatum ad ulteriores procedi: ante litis contestationem nonnullę solent per reum exceptiones interponi. Tali delictet assignari actori ad exhibendum scripturas, de quibus in exhibitis, et ad rescribendum contra exhibita, ad declarandum petitionem, ad querendum instrumenta: quo melius possit conuentus contestari, ad prestandum fideiussorem super expensis, et ad faciendum fidem de potestate, ne iudicium sit delusorium, super quibus cum fuerit exhibitum, declaratum, et cautum: est pronuncianum, an sit sufficienter exhibitum, et an sufficienter declaratum, et cautum.

De exhibitione.

Aciens mentionem in libello, seu iurisfirma exceptione vel alijs propositis de aliquibus scripturis, aut instrumentis, tenetur (si ex aduerso petatur) illa exhibere iuxta for. vnicum tit. q. instrumenta et scripturae 2c. fol. 40. als fol. 69. et assignatur ad primum diem, licet predictae scripturae sint penes notarium, vel iudices, seu alias personas, eo enim in casu (vt dicitur in obser. 1. ti. de edendo fol. 5. als. fol. 7.) concedetur compulsa, contra predictos; vt predictae scripturae tradantur. Quae si semel fuerint exhibite parte presente: et earum copie in processu sint insertae; non sunt iterum exhibende nisi petantur exhiberi ad finem redarguendi de falso, vt cauetur in dicto foro ti. q. instrumenta. 2c.

Quandocumq; verisimile est instrumenta aut scripturas, de quibus in iudicio fit mentio, penes partem aduersam esse; non sunt exhibende, vt habetur in obser. 5. ti. de fide instrum. fol. 10. als fol. 14.

In non exhibendo precedente pignoratione partis pronunciat per iudicem: eum, qui tenetur exhibere, non se posse iuuare de aliquibus scripturis, et seu de alijs preterquam de exhibitis. Et haec est consuetudo.

De declaratione.

Declearare in presentia non significat id quod confusum est explicare. Sed vt innuit for. 1. ti. de edendo fol. 39. als. fol. 7. et obser. 1. eiusdem ti. fol. 5. als. fol. 7. declarare est explicare, quibus instrumentis pars, ad probandum petitionem, se velit iuuare, vt melius conuictus possit contestari. Quae instrumenta de quibus in declaratione fit mentio, etiam sunt exhibenda: vt dicitur

Methodus procedendi.

tur in dicta obser. ad quam declarationem solet ad primam assignari.

¶ Declarans ad instantiam vnus partis, non tenetur iterum ad instantiam alterius partis declarare, sic fuit determinatum.

¶ Si conuentus dixerit se nolle q̄ actor declaret: non potest postmodum actor ad declarandum compelli, vt notatur in obser. nota q̄ si aliquis ti. de edendo fol. 5. als. fol. 7.

¶ Declarans petitionem sine charta non potest habererecursum ad chartam, vt habetur in foro. 1. de edendo fol. 39. als. fol. 7. et in obser. si. eiusdem ti. fol. 5. als. fol. 7. et in foro vnico de confessis fol. 141. als. fol. 13.

¶ Quandocunq; declaratur sine charta solet dici q̄ declaratur cum processu, procuratorio, verbo et sine charta. Et talis est consuetudo.

¶ Ubi petitio cum certis instrumentis declaratur, non habet locum interrogatio: an declarans se velit iuuare de alijs instrumentis, vide obser. 2. dicti tit. de edendo fol. 5. als. fol. 7. secus si cum incertis, quia tunc habet locum dicta interrogatio.

¶ In non declarando pronunciat, non se posse iuuare partē de aliquibus scripturis: et seu de alijs scripturis: preterq̄ de exhibitis. Et talis est consuetudo.

¶ Quid sit exhibitio, quid etiam declaratio, ex predictis factis constat. Sed quo res apertius intelligatur: illud subnectemus. exhibitionem ipsam, atq; declarationem, non alio in iudicio interponi q̄ vt possit conuentus melius atq; commodius contestari: aduersariorumq; obiecta repellere. Cum enim in contestatione exceptiones omnes apponende sint, atq; defensiones: operepretium est predictum conuentum nosse quibus aduersarius suus sit armis aduersus eum usus. Ideoq; actor compellitur ad exhibendum scripturas, et instrumenta, de quibus in petitione fit mentio: ad declarandum predictam petitionem: et exhibendum scripturas de quibus etiam

Judiciarius:

5

in declaratione sit mentio: ultra eas de quibus in petitione actum est: vt predictis instrumentis, ac scripturis eneruatis, cautius possit conuentus suam proponere defensionem. Et etiam cum per incerta instrumenta actor declarauerit, et ad certa non se retulerit, interrogari iure poterit an de alijs scripturis preterquam de exhibitis se velit iuuare. Qui si interrogatus non responderit: declarabitur per iudicem non se posse iuuare. Quod si ita non fieret, facile conuentus deciperetur. aliqua enim possent per actorem documenta ad probandum produci intra terminum probatorium, ab eo non exhibita: que postmodum confutari non possent: neque contra contenta in eis excipi. cum exceptio illa tempore competenti interponi debeat. nempe in contestatione. ad quod vide obser. Item exceptio non. ti. de probatio. fol. 30. als. 39. Ex predictis etiam constat exhibitionem et declarationem posse etiam peti posteaquam assignatum fuit ad contestandum: antequam lis sit contestata. vide obser. de consuetudine de cedendo fol. 5. als. folio. 7.

De dilatione ad querendum instrumenta.



In omni causa civili de vsu Regni dantur decem dies pro inducibus ad querendum instrumenta. Si tamen iudex viderit, aut presumpserit malitiose peti: non concedet predictum tempus. Unde colligitur esse in manu iudicis predictum tempus contrahere, et abbreviare, sicut in regia audientia de consuetudine contrahendo predictum terminum sepe sex tantum dies conceduntur, ad que vide. for. 1. de dilationibus. fol. 50. als. fol. 7. et obser. 2. et. 3. dicti ti. fol. 5. als. fol. 6. et obser. Item quilibet in Aragonia. cum sequenti de gener. priuile. fol. 22. als. fol. 28. In causis tamen viginti solidorum vel minoris summe non conceduntur predicti dies ad querendum instrumenta, per obser. nota q. in.

Methodus procedendi
causa ti. de dilationib⁹ fol. 5. als. fol. 6. hodie tamen ex determi-
natione atq³ usu regni non solum predictum tempus non con-
ceditur in causis viginti solidorū aut minoris quātitatis: verū
neq³ in alijs causis summarijs, quātūcūq³ magne quātitatis.

¶ De assignatione ad facien- dum fidem de potestate.



Poniam (vt colligitur ex obser. Item in Arago-
nia fideiussor de generibus priuileg. fol. 22. als.
fol. 28.) nullus sine mandato agendo seu defendē-
do admittitur: nec etiam coniunctus pro coniu-
cto: etiam si promiserit dare procuratorū de tē-
pore, aut iudicatum soluere: ideo vbi procurator conuenti cō-
paruerit: solet per iudicem procuratoribus ad faciendum fidē
de potestatibus assignari, vt processus legitime procedat.

¶ Procuratores possunt, et solent compelli, ad faciendum fidē
de potestatibus: per pignorationes, repignorationes, et deniq³
per captiones personarum, sicq³ usu receptum est.

¶ Procuratores, in causis excedētibus summam centum soli-
dorum, etiam absq³ partis instantia, tenentur facere fidem de
potestatibus intra triginta dies ab eo die quo partem face-
re inceperint, computandos: sub pena quinquaginta solidorū
vt statuitur in foro vltimo de procuratoribus fol. 43. als.
in foro Tirasone fol. 23 1. ver. Item statuimos q³ el pcurador.

¶ Procurator generalis ad lites constitutus, si fecerit in vna
causa partem pro suo principali, non tenetur in alia, nec tenet
causam appellationis prosequi: licet in causa principali partē
fecerit: nisi ab interlocutoria appellatum sit, et in eadem ciui-
tate appellationis causa ducatur, vide obser. Item nota q³ pro-
curator generalis de procurato, fol. 4. als. fol. 5.

¶ Procurator lite pendente, tam ante, q³ post litis contestatio-
nem potest procuratorio renunciare: seu dicere nolle se partem

agere: seu reuocatum esse, et tunc eius principalis reputabitur contumax, vt habetur in obser. Item procurator de procurato, fol. 4. als. fol. 5. et cōtra illum absq; citatione aut notificatione procedetur. Sibi enim imputet: qui talem procuratorem cōstituit, si autem lite pendente aliquis ex procuratoribus moriat: solet eius mors parti notificari, et sic vrimur.

Gesta per non procuratorem in iudicijs olim ratificari non poterant, per obser. 1. titu. mandati ꝛc. fol. 12. als. fol. 16. et obseruan. Item nota q̄ acta de procurato: fol. 4. als. fol. 5. hodie vero per for. vnicum de ratihabitōe fol. 43. als. fol. 211. gesta per non procuratorem ratificari recte possunt: modo ante renūciationem cause id fiat, et predictus forus ex prudentū interpretatione ad eas causas, et processus etiam extenditur: in quibus vltima publicatio habetur pro renūciatione. In illis enim predicta ratificatio est etiam facienda ante vltimam publicationem, que pro renūciatione habetur.

Procurator qui pro aliquo comparuerit post litis contestationem a causa desistere non potest, et compellitur ad faciendū fidem de potestate, aliter cōdemnaretur in calonia et interesse litis, ante tamen litis contestationem potest desistere, et solum habebit locum expensarum condemnatio, et hęc est consuetudo.

Procurator si procedat in causa, et non fecerit fidem de procuratorio, si in causa appellationis vel contrafori facti excipiat de nullitate processus: est processus per iudicem appellationis vel contrafori retractandus, et etiam si non fuerit exceptū, poterit iudex ex officio processum annullare, nisi in processu appellationis, vel contrafori, fuerit facta fides, vt notatur in obser. Item si aliquis de procurato, fol. 4. als. fol. 5. Et predicta obser. ex determinatione et vsu in processu grauaminum factorū intelligitur, q̄ si firmans in firma grauaminum, seu cedula excipit de nullitate propter defectum potestatis: si illa non producat ante vltimam publicationem: hoc est anteq̄ causa habeatur pro renūciata: nō poterit postmodum produci. Dicta

Methodus procedendi.

tamen potestas de qua in gradu appellationis ac contraforti fiet fides: est necesse q̄ fuerit concessa ante renunciationem processus prime instantie. iuxta iam allegatum forum ti. de rati habitatione fol. 45: als. fol. 211.

De assignatione ad cauendum.



Assignatur ad cauendum actori super expensis: ut possit haberi ad fideiussorem recursus: casu quo in causa actor succumbat. Et in non cauendo si fuerit petitum, interdicitur audientia.

Ubi actor per se seu procuratorem speciale mandatum habentem prestiterit iuramentum fideiussorem se inuestigasse: et non inuenisse: admittetur ad prestandam iuratoriã cautionem, et talis est usus. Et predicta in causis criminalibus, etiam de foro procedunt, ut in foro incipi. For apellidos fictos. fol. 154, als. fol. 201, sub ti. de appellitu.

De litis contestatione.



Propositis igitur dictis exceptionibus reo tandem ad contestandum assignatur. Contestatio autem (ut traditur in foro. 1. de litis contestatione fol. 49. als. fol. 84. et in foro. 2. eiusdem ti. fol. 50. als. in foro Tirasone ver. E mas estatuimos fol. 251.) est facienda intra triginta dies a die facte assignationis computandos, als lis haberetur pro contestata, et assignaretur actori ad probandam petitionem: ac si lis esset per conuentum negata, et contestata. Habita tamen lite pro contestata et negata, conuentus infra decem dies a die facte assignationis actori ad probandum computandos, potest exceptiones defensionesq̄ suas principale negotium tangentes proponere.

In cōtestatione predicta (vt traditur in dicto foro .i. de litis cōtestatione) sunt allegande per conuētum omnes exceptiones, defensiones, et allegationes, tam in iure q̄ in facto consistētes. Aliter de ipsis post litem cōtestatam ratio non haberet: etiam si iuramento partis contrarię relinquerentur. Et etiā si de illis per instrumentum constaret. Predicta tamen non p̄cedunt in cōtestatione que fit per procuratorem contractus, in processu confecto ad modum ferrantē: de quo infra dicetur. Eo enim casu etiam post cōtestationem et prolationem sententię, possunt legitime defensiones allegari: faciendo de illis fidem per instrumentum et seu partis iuramento relinquendo, etiam si in cōtestatione non fuerint allegatę, vt notatur in foro vltimo titu. de usuris fo. 109. als. fo. 194.

Exceptiones peremptorię, vt sunt p̄scriptionis, et solutio nis, non admittuntur ante litem cōtestatam, vt traditur in obser. Item si obiiciatur exceptio ti. de probatio. fol. 30. als. fol. 38. et obser. nota duas infra eodē ti. et fol. exceptiones tamē rei iudicatę, transactionis, pacti de non petendo, et diffinimentis, recte possunt allegari ante litis cōtestationem, quia impediunt litis ingressum. Si tamen proponantur: nō possunt per testes p̄bari, sed per instrumenta, aut iuramento partis relinquendo iuxta obser. vsus Regni de pignozibus fol. 2. als. fol. 3.

Lite cōtestata (vt innuit forus incipiens prout experientia ti. de litibus abbreviandis fol. 47. als. fol. 79.) est p̄clusa via omnibus exceptionibus declinatoriis, et dilatoriis, illę enim sunt ante litis cōtestationem proponende.

In cōtestatione nunc non est articulatum respondendum: cuilibet articulo petitionis, sed positis omnibus exceptionibus et defensionibus possumus, cetera omnia in petitione partis aduersę contenta (in quantum tangunt aut tangere possunt factum proprium) negare, in quantum vero factum alienum dicere nescire, vt traditur in dicto foro .i. de litis cōtesta. fol. 49. als. fol. 84. et sic in fine cōtestationis ante conclusionem solet poni clausula siue articulus, cetera autem contenta in petitiōe

Methodus procedendi

ne partis contrarie in quantum tangunt aut tangere possunt factum proprium: negat dictus procurator. In quantum vero tangunt aut tangere possunt factum alienum: dicit se nescire supplicando pronunciari, esse sufficienter contestatum. Et ubi clausula predicta est apposita: statim pronunciatur per iudicem esse sufficienter contestatum. Reliquę omnes cause civiles in quibus non est contestatio habentur quo ad omnes effectus pro contestatis: simul atque per conuentum fuerit petitioni responsum, vt traditur in foro, 2. de litis contestatione fol. 50. als. sub. ver. fororum Lirasone. Et mas estatuimos fo. 251.

De assignatione ad probandum.



Ite contestata, ubi fuerit pronunciatum esse sufficienter contestatum, seu habita lite pro contestata, et negata, actori sex dies assignantur, ad probandum contenta in petitione pro eius parte oblata. Qui si predictum onus probandi in se recipere noluerit: poterit interrogari an velit probare, qui si tacuerit: aut aliter quam dicendo se nolle probare probationis onus non assumpserit: assignabitur sibi dies cum si. Cuius assignationis effectus est: quod pars cui talis terminus assignatus fuerit tenetur infra tres primos dies dicere, se velle probare. Et tunc habet sex dies ad probandum a die assignationis cum si, computandos. Si autem infra predictos tres dies non dixerit se velle probare: ad probandum non aliter admittetur, quam per partis aduersę iuramentum, vt predicta late notantur in obser. 1. ti. de dilationibus folio. 5. als. folio. 6.

Facta predicta assignatione ad probandum, preter predictos sex dies dantur tres prorogationes. Quarum prima solet esse decem dierum, secunda viginti, tertia vero triginta dierum. Prima autem prorogatio est petenda infra predictos sex dies dicte assignationis prime ad probandum, relique vero: proba

torio termino durante. Tempus vero ad probandum ultra predictas prorogationes differri seu prorogari non potest: ut traditur per for. ultimum ti. de dilationibus. fol. 50. als. fol. 126. qd procedit etiam si allegaretur impedimentum. 7 pars illud velit probare. Aliquando tamen pro prima prorogatione conceduntur viginti dies. pro secunda triginta. pro tertia quadraginta. aut quinquaginta. pro qualitate negotij 7 arbitrio iudicis.

¶ Si testes ultra mare, seu in locis remotis habuerimus: seu alia probationum genera, que longius temporis spatium requirant, prestito iuramento qd malitiose non petimus longiorem terminum (ut habetur in foro. 1. de probationibus. versi. Ita tamen fol. 96. als. fol. 11.) dabitur pro prima, seu secunda, seu tertia dilatione longius tempus: secundum distantiam loci, pro arbitrio iudicis. ut si testes ultra mare habuerimus: solent ex stylo sex aut nouem menses concedi. si extra regnum, tres aut quatuor menses. Et tandem totius rei summa in arbitrio iudicis est sita: habita scilicet negotij 7 distantie locorum ratione.

¶ De productione instrumentorum.



Instrumenta et alie omnes scripture (probatorio termino durante) originaliter sunt in modum probationis producende. etiam si exhibitę iam fuerint. ut traditur in obser. 2. titu. de probationibus fol. 8. als. fol. 10. et in obser. Item si dicatur, titu. de edendo fol. 5. als. fol. 7. als. lapso dicto termino non admitterentur.

¶ De probatione per testes.

Methodus procedendi



I testes extra Regnum in remotis habuerim⁹: iuxta forum primum de probatio, fol. 96. a. s. fol. 11, possumus petere concedi literas subsidiarias, cum articuloꝝ plica, directas iudicibus illius loci: et etiam Regni: ubi testes habitauerint, quibus concessis, assignabitur dies et locus ubi recipi incipiant, et notificabitur parti quatenus assistat.

Si testes intra Regnum Aragonum habuerim⁹ extra civitatem, possumus petere concedi commissionem ad dictos testes recipiendos, qua concessa nominabitur commissarius ad eos recipiendos, qui foros servaturum se iurabit, ut predicta et alia habentur in foro penultimo de testib⁹ fol. 96. a. s. fol. 186, et in foro incipi. p. puer. ti. de tabellionib⁹ fol. 101. a. s. 243. Et est assignandus per notarium locus, et dies, ubi et quando predicti testes recipiantur, et notificabitur parti quatenus assistat, et hec est consuetudo.

Testes (ut tradit in foro multotiens de testibus fol. 96. a. s. fol. 12, et in obser. de consuetudine regni de dilatio, fol. 5. a. s. fol. 6.) sunt producendi, et debent iurare parte aduersa presente, seu per contumaciam absente. Hinc est quod facta assignatione ad probandum: solet dici per procuratores partium, facimus productionem large, et petit mandare citari testes, et partibus quod assistant.

Testes (ut tradit in dicto foro de testibus penul. fol. 96. a. s. fol. 186,) tenentur iurare in curia nisi sint persone egregie, debiles, aut infirme, aut mulieres, et note iudici, quibus in casibus notario cause committitur iuramentum.

Testes debent iurare intra tempus probatorium, aut saltem infra illud citati reputabuntur contumaces, et mandabuntur pignozari, et tunc poterunt iurare, et examinari, extra tempus probatorium. ad predicta vide obser. de consuetudine Regni sub t. de dilatio, fol. 5. a. s. fol. 6.

Testis, qui noluerit venire ad iurandum et deponendum: pignozabitur, et pignozatus ducetur de gremio, qui si deponere recusauerit: captus detinebitur, quousq; deposuerit, vt significatur predicta in obser. nota q; si testes de contumacia, fol. 28. als. fol. 36. et in foro. 1. de testibus cogendis, fol. 97. als. fol. 12.

De probatione facienda per delationem iuramenti.



La que sunt probanda (elapso etiã termino probatorio) possunt relinqui iuramento partis contrarie, vt cauetur in foro primo de probatio, fol. 96. als. fol. 11. et in obser. 1. de dilatio, fol. 5. als. fol. 6.

In causis ciuilibus, quando per forum ad probandum certus terminus est prefixus: si omnia probanda partis iuramento deferantur: non est necesse intra tempus publicare. Sed interim protestabimur, ne nobis currat tempus. Si vero aliqua fuerint probata, cetera vero iuramento partis relinquuntur: tunc probata sunt publicanda, reliqua vero iuramento relicta reseruabuntur in publicatione. Que publicatio si fuerit facta simpliciter, citra reservationem: tunc pars cui iuramentum fuit delatum, nõ compelleretur ad iurandum: nisi per eum steterit quominus dicta reseruatio facta sit, fuerunt hec omnia determinata, et vsu recepta. Hunc tamen vrimur q; licet omnia relinquuntur iuramento, sit reseruatio iuramenti, et responsionis, et intra tempus publicatur.

Aduertendum circa probationes, q; si aliqua de foro per testes probari non possint: expresse protestemur: q; pars non admittat ad pbandũ per testes, ea que de foro nequeunt p testes pbari: cũ tale sit factũ qd nequeat de foro pbari p testes. Alias secũdũ dicta testiũ est pnunciandũ, eo em̃ modo causa est pronuncianda: quo ducta fuit, ad qd vide obser. Item licet forus dicat, de probatio, fol. 8. als. fol. 11.

Methodus procedendi
De publicatione.



Lapso termino probatorio ipsius agentis, assignatur eidem ad publicandum ad primum diē, qui si non publicauerit: mandabitur pignozari, et eo pignozato, petentur haberi producta pro non pductis, et talis est praxis. Quod si producta pro non productis habeantur: statim per conuenrum poterit peti: cum non constet de contentis in petitione absolui, cum actore non probante, reus sit absoluendus: etiam si nil prestiterit: et condemnari in expensis.

In publicatione instrumenta et scripturę sunt originaliter producēde: etiam si fuerint exhibite, vt statuitur in foro vnico, titu, q̄ instrumenta, fol. 40, als. fol. 69.

Habita lite pro contestata et negata, et facta agenti assignatione ad probandum contenta in petitione, pendēte termino decem dierum per forum assignatorum ad se defendendum, actor ad publicandum non est admittendus, vt disponitur in foro. 1. de litis contestatio, fol. 49, als. fol. 84.

De assignatione ad contradicendum.



Acta per actorem probatione et publicatione si per contentis in petitione, assignatur conuento ad contradicendum, secundum stylum, sunt autē de contradictione que sequuntur adnotanda.

Testes in omni causa regulariter patiuntur contradictionem, probatur argumento ab speciali. Quando em̄ forus vult q̄ non fiat cōtradictio: illud exprimit, vt innuit for⁹ Alcaee a vezes, titu, de apprehensionibus, fol. 89, als. fol. 133, versiculo enel dito articulo.

Ad contradicendum iuxta stylum dantur duo dies pro quo

libet teste, ac instrumento,

¶ Ex consuetudine pars, cui ad contradicendum assignatur: statim in scribania dicit se cōtradictorium offerre, quę oblatio scribitur in quadam papyri plica: in qua postmodum contradictorium notatur, ac inscribitur, et communiter oblatio illa datur per notarium causę parti: etiam si diligentia predicta non fuerit prestita per partē illo die quo ex aduerso fuit publicatū.

¶ Si contradictorium non offertur: est stylus quę habetur oblatum pro non oblato, et non fit pignozatio in non contradicendo: ex stylo.

¶ Cōtra dicta testium non admittuntur testes: sed tantum cōtra ipsorum personas: nisi interueniret circūstantia loci seu tēporis, veluti si impugnemus testem falso deposuisse: eo quia tēpore contractus initi erat absens, vt in obser. Item est vsus, tit. de probatio, fol. 30, als, fol. 38, et obser. Item si quis, et obser. Item exceptio falsi, eodem titu, et fol.

¶ Dicuntur testes impugnari, et admitti testes contra eorum dicta, quando cunq; nitimur probare: rem aliter se habere quā fuerit deposita per testes, seu directe contrarium, vt demonstratur in predictis obser, de probatio.

¶ Dicuntur testes impugnari quo ad eorum obiecta, vbi eorū personę reprobantur. Impugnabim⁹ autem personas ab attributis illarum scilicet a nomine, natura, victu, fortuna, habitu, affectione, factis, casu, oratione, studio ⁊ consilio. A natura inquam videlicet a sexu, patria, natione, cognatione, etate ⁊ dignitate, quę explicare non est nostri instituti, a quibus etiam attributis possumus testes laudare ⁊ vt dicunt abonare.

¶ Falsitas opposita in genere contra testes non admittitur: nisi causa falsitatis exprimat, nisi dicatur, quę corrupti falso deposuerunt, vt notatur in obser, si obijciatur contra. titu. de probatio, fol. 30, als, fol. 38.

¶ Ex predictis colligitur commodum esse ac necessarium, obla

Methodus procedendi

ta per conuentum contradictorio, peti per actorem non esse habendam rationem de contentis in eo: nisi quo ad obiecta testium, et instrumentorum tantum. Et seu declarari, non esse habendam rationem de contentis in articulis: quos signabimus: cum contenta in eisdem referantur ad dicta, et non ad obiecta, et sic solet pronunciarí.

Cauendum est, si in contradictorio dicta testium oppugnentur: cum loci seu temporis determinatione: ne generaliter pronuncietur non esse habendam rationem, nisi quo ad obiecta testium. Et si instrumenta reprobentur, ne fiat prouisio etiam in genere, quod non habeatur ratio de contentis in contradictorio: nisi quo ad obiecta testium. Sed pronuncietur non esse habendam rationem nisi quo ad testium et instrumentorum obiecta, et quo ad dicta que cum determinatione loci et temporis impugnantur.

Oblato ergo per dictum conuentum contradictorio, et facta pronuntiatione, qua pronuntiabitur tam in eo quam in cedula contestationis et contradictorii predicti conuenti esse talia: aut habito contradictorio pro non oblato: petetur per dictum conuentum assignari agenti ad contestandum: et respondendum contestationi, et contradictorio, pro sua parte oblati. Cui quidem assignabitur tempus fori. Sed ante quam assignetur, poterit per dictum agentem peti assignari conuento ad exhibendum scripturas, de quibus in cedula contestationis, et contradictorii, fit mentio, et ad declarandum. Et poterunt interponi alie exceptiones: prout dictum fuit in principio, ante quam assignaretur conuento ad contestandum. Hoc enim in loco predictae exceptiones locum etiam habent: ut melius possit agens contestari, excipere, et contestationi ac contradictorio ex aduerso oblati respondere. Reus enim et actor ad paria iudicantur, et talis est usus. Ratio autem huius est. Quia conuentus in excipiendo aduersus contenta in petitione agentis, fuit effectus actor. Et ita sicut actor (ut diximus) tenetur exhibere scripturas, et instrumenta, de quibus in petitione fit mentio, et declarare, eadem ratione conuentus actor iam effectus tenetur exhibere scripturas, et instrumenta, de quibus in contestatione et contradictorio fecit

mentionem: ac predictas exceptiones, et defensiones, in dicta contestatione et contradictorio expressas declarare, ad quod vide for. vnicum titu. q̄ instrumenta fol. 40. als. fol. 69. et obser. q̄dam confessus fuit titu. de probatio. fol. 50. als. fol. 59.

CAd contestandum predicto actori dantur similiter triginta dies, als. lis haberetur pro contestata, et negata, ut superius dictum est, de contestatione oblata per conuentum aduersus petitionem actoris. Licet enim fori de liris contestatione videatur innuere, dari predictum tempus conuento ad contestandum: eadem tamen ratione datur predicto agenti. Reus enim siue conuentus (ut dictum est) in excipiendo fuit effectus actor. Similiterq̄ actor in se defendendo ab oppositis per conuentum efficitur reus. Tum etiam quia exceptiones, que sunt tam per agentem q̄ per conuentum, aduersus excepta per aliquem illorum: dicuntur contestationes, per forum primum de liris contestatione fol. 49. als. fol. 84. ibi vbi dicitur aduocantes etiam q̄ actor vel reus &c. Ex quo cum ad contestandum dentur triginta dies dicto conuento: et illa responsio que fit per agentem aduersus proposita per conuentum dicatur liris contestatio: recte consequitur, agenti ad contestandum dandos esse dictos triginta dies, et talis est usus. Hec dixi, quia vidi teneri ad contestandum actori, et ad recontestandum conuento, solum debere assignari ad primum diem.

In hac contestatione, que fit per actorem: non possunt allegari, nec probari illa que fuerunt allegata in petitione: ex quo iam sibi tempus competens fuit assignatum ad ea probandum: et infra illud testes, instrumenta, et alia probationum genera erant producenda, ut constat per for. 1. de probatio. fol. 96. als. fol. 11. et obser. 2. eiusdem titu. fol. 8. als. fol. 10.

Non possunt etiam allegari in dicta contestatione illa que debebant allegari ad inclusionem, et fundamentum intentionis ipsius actoris. Illa enim in petitione erant alleganda.

Methodus procedendi

Ex predictis liquidissime constat in predicta cedula contestationis predicti actoris tantum posse allegari omnes exceptiones, et defensiones, que faciunt ad exclusionem, et enervationem oppositorum per conuentum: tam in iure, quam in facto consistentes. vide fo. 1. de litis contestatio. fol. 49. als. fol. 84. ubi dicitur adijcientes etiam. Et quod predicta contestatio non requiritur, quod fiat respondendo articulatum propositis per conuentum: sed quemadmodum contestatio predicti conuenti, ut superius dictum est.

Oblata predicta cedula contestationis per dictum agentem, commodum erit ex predictis causis petere, non esse habendam rationem de contentis in eadem, quo ad ea que fuerunt deducta et allegata in petitione: seu saltim allegari competebant. Et seu melius non esse habendam rationem de contentis in primo, secundo, aut certis articulis: eos designando. cum in eisdem contenta, fuerint allegata in petitione: et seu deduci et allegari competebant, neque super eisdem esse recipiendos testes, et sic predicta solent prouideri.

Oblata predicta cedula contestationis per dictum agentem facta pronuntiatione, qua pronuntiabitur esse sufficienter contestatum, et seu habita lite pro contestata, et negata, statim assignabitur ad probandum predicto conuento contenta in predictis eius cedulis contestationis, et contradictorijs. In qua quidem probatione, et circa interrogationem illius, an velit probare: et circa prorogationes, et publicationem seruabuntur et sunt intelligenda omnia et singula, que superius dicta sunt in probatione, et publicatione factis per agentem circa eius petitionem.

Elapse termino probationis assignabitur predicto conuento ad publicandum ad primam. Qui si non publicauerit: eo pignozato haberentur producta pro non productis, et assignaretur ad dicendum, et allegandum in causa.

Facta predicta publicatione per dictum conuentum, assignabitur predicto agenti ad contradicendum. In contradictione

autem seruabuntur illa que circa oblationem contradictorij, et testium impugnaciones, superius dicta sunt: in contradictorio oblato per conuentum.

Oblato contradictorio predicto, et facta pronunciatione, qua pronuncietur esse oblatum tempore competenti, et tam in eo quam in cedula contestationis pro eius parte oblatis esse talis: petatur per dictum agentem assignari predicto conuento ad recontestandum. Et assignabitur predictum tempus fori. Sed antequam assignetur: poterit peti per dictum conuentum assignari predicto agenti ad exhibendum scripturas, de quibus in predictis eius cedulis contestationis, et contradictorij fit mentio: et ad declarandum. Que quo pacto fieri debeant: dictum est superius, ubi de exhibitione et de declaratione agebamus.

Notandum tamen similiter est in hac secunda contestatione ex causis predictis non posse allegari, illa que fuerunt allegata in prima contestatione. Neque etiam possunt allegari ea que tunc competebant allegari. Sed solum allegari possunt tangencia enervationem et exclusionem propositorum per dictum agentem in eius cedula contestationis et contradictorij. Ratio est, quia (ut dictum est) omnes exceptiones et defensiones tam iuris quam facti tangentes exclusionem petitionis, erant in prima contestatione allegande. Commodum est ergo ut oblata recontestatione, dicamus non esse habendam rationem de contentis in ea quo ad ea que fuerunt deducta et allegata, seu saltem competebant deduci et allegari in prima contestatione, et sic prouidebitur. Qua contestatione oblata seu habita lite pro contestata et negata, assignabitur agenti ad probandum contenta in predicta eius cedula contestationis et contradictorij. In qua quidem probatione et publicatione sunt seruanda ea omnia que superius dicta sunt, in probatione et publicatione factis per dictum agentem predictę eius petitionis, et etiam predicti conuenti prime sue contestationis et contradictorij.

Facta probatione et publicatione per dictum agentem assignabitur predicto conuento, ad contradicendum. In qua qui

Methodus procedendi

dem contradictione et testium impugnatione sunt seruanda oia que de primo contradictorio predicti conuenti fuerunt superius dicta. Oblato ergo contradictorio per dictum conuentum, et facta pronuntiatione qua pronuntiabitur, tam in eo quam in cedula recontestationis esse talia: assignabitur eidem conueto ad probandum contenta in predicta eius recontestatione et contradictorio. In qua quidem probatione et publicatione seruabuntur illa que dicta sunt de alijs probationibus et publicationibus.

Et facta probatione et publicatione assignabitur predicto agenti ad contradicendum eodem pacto quo de alijs contradictorijs dictum est. Quo quidem contradictorio oblato et facta pronuntiatione qua pronuntiabitur, esse oblatum etc. et in eo esse talia que sint probanda: assignabitur predicto agenti ad probandum contenta in eodem. Que probatio fiet sicut alie probationes. Et facta probatione et publicatione assignabitur vtrique parti ad dicendum, proponendum, et allegandum in causa, et communiter partes dicunt, proponunt, et allegant in forma, videlicet omnia et singula pro eorum partibus allegata, fide facta, producta, probata, et publicata, et cum ijs cum constet plene etc. (dicitur per agentem) condemnari conuentum iuxta tenorem petitionis. Et si non constet plene: saltem semiplene. Et super semiplene probatis defferri iuramentum eius parti. Per conuentum vero dicitur oppositum. Et per partem dicentem et allegantem petetur assignari ad renunciandum et concludendum in causa. Notandum tamen est quod licet ex stylo assignetur ad dicendum, proponendum, et allegandum in causa: nunquam aliquid solet allegari, sed dicitur verbo quod allegantur per ipsas partes omnia per eas allegata, producta, fide facta, probata et publicata, dicendo enim et allegando nihil potest deduci et allegari de nouo: cum omnia per actorem et reum oporteat in eorum petitione et contestationibus respectiue allegari. Possent tamen licet id fieri non soleat dicendo in cedula specificice seu summam, et ad modum compendij et epilogi allegari et repeti omnia per partes allegata et

producta. nil tamen posset probari quod fieri non solet: quia ea que in his cedulis possent allegari: allegantur per partium aduocatos verbo, vel in scriptis extra processum.

¶ Deinde vero ubi fuerit assignatum ad primam ad renunciandum et concludendum: renunciabitur per ipsas partes in forma et seu per alteram illarum. Si vero altera earum renunciare recusauerit: petetur per alteram partem renunciantem, moneri alteram partem non renunciantem. Et si monita recusauerit: haberi negotium pro renunciato et concluso, et habebitur. eoque habito pro renunciato petetur definitiue pronuciari. Et si contra nos lata fuerit sententia in regia audientia, infra decem dies a die quo fuerit lata presente parte seu procuratore, et seu a die notificationis suo casu poterit fieri electio iurisfirme curie iusticie Aragonum, et si in curia dicti iusticie Aragonum fuerit lata: licebit ad Regiam audientiam appellare. Et lata sententia in gradu appellationis in Regia audientia, poterit ratione tantum ritus fieri electio iurisfirme dicte curie iusticie Aragonum. Et si fuerit pronuciatum per aliquem iudicem ordinarium alicuius ciuitatis ville seu loci: poterit fieri electio ad dictam curiam iusticie Aragonum: et seu appellari ad eandem per viam simplicis appellationis. Et lata sententia in dicta curia in appellationis gradu poterit appellari ad dictam Regiam audientiam. Et a sententia dicte Regie audientie fieri solum ratione ritus electio iurisfirme dicte curie iusticie Aragonum, et etiam a dicta sententia ordinarij poterit appellari ad dictam Regiam audientiam: et a dicta Regia audientia fieri electio iurisfirme dicte curie iusticie Aragonum. Et lata vltima sententia iuxta recursum quem diximus posse haberi in casibus respectiue recitatis abinde non est aliud remedium: nec appellationis, nec electionis iurisfirme, et hec est consuetudo, et vide foru, 1. sub ti. de executione rei iudicate fol. 134. als. 208. De forma autem prosecutionis appellationis et electionis iurisfirme inferius late dicetur in modis procedendi appellationis et grauaminum factorum.

Methodus procedendi

Notandum est præterea quod de foro regulariter appellatio et electio iurisfirmę securis presentationibus inhibitionum impediunt executionem sententię. exceptis casibus in foris expressis. Quorum vnus est, si duę sententię conformes contra aliquem fuerint prolate: non obstante quod causa pendeat per appellationem interpositam, seu electionem iurisfirmę factam ab aliqua interlocutoria prosequibili per illum contra quem fuerint prolate predictę duę sententię. Et etiam non obstante quod a secunda sententiã possit haberi et sit habitus recursus per viam appellationis seu electionis iurisfirmę, illę duę sententię, quatenus sunt conformes (saluo iure retractionis: licet processus pendeant per dictã iurisfirmę electionem factam et seu interpositam appellationem a predicta interlocutoria prosequibili, et seu sententiã diffinitiuã) sunt exequendę: non obstantibus appellatione, firmę electione, euocatione, neque eorũ inhibitionibus, manifestationibus, exceptionibus et defensionibus quibuscunq;. Sed antequam predictę sententię mandentur executioni, ille in cuius fauorem prolate fuerunt, tenetur prestare cautionem de restituendo rem iudicatã, vna cum fructibus percipiendis. Si vero tres sententię conformes fuerint late: tunc illę sunt exequendę priuilegiate, et contra illas quispiã non admittitur: agendo, opponendo, excipiendo aut alio quocunq; modo eas impugnando. et hoc non obstante appellatione, iurisfirmę electione, euocatione neque inhibitione, aut manifestatione illarum, nec alia quacunq; defensione. Contra quas aliquis recursus per aliquod fori remedium haberi non poterit. vide for. 1. tit. de executione rei iudicatę, fol. 134. al. fol. 208.

His igitur cognitis modus procedendi in ciuilibus secundũ foros antiquos apertissimus fiet. Etq; a principio rem omnem in summa repetamus: parte legitime citata, intra tempus citationis (ne citatio sit circũducta) ad ostendendum et demonstrandum quod pars sit legitime citata reportabimus literas citatorias: vna cum earum executione, et suo casu charcellũ, vna cum relatio

ne eiusdem. Qua quidem citatione reportata, ubi conuentus
 premissis protestationibus fori declinatorijs & alijs cōparue-
 rit: assignabitur agenti ad offerendum petitionem ad primum
 diem. Qui quidem agens, satisfaciendo offeret petitionē recte
 concludentem: & faciet electionem prout in fine ipsius contine-
 tur, & petet assignari conuento ad deliberandū ad primū diem,
 & assignabitur. Deinde vero dictus actor petet, cum pars ad-
 uersa habeat assignationem ad deliberandū, & non satisfaciat:
 reputari contumacem: & assignari ad contestandū. Sed anteq̄
 assignetur, illico per conuentum proponuntur exceptiones fori
 declinatorie, recusationis iudicij, & impediētes litis conte-
 stationem, vt pacti conuenti, transactionis, & diffinimenti. Ubi
 vero (non obstantibus predictis exceptionibus) fuerit pronun-
 ciatum debere procedi ad vltiora: petetur per conuentū, assi-
 gnari agenti ad exhibēdum scripturas, de quibus in petitione
 fit mentio, & ad exhibendū: de quibus in exhibitis, & rescriben-
 dum contra exhibita, ad declarandum, & cauendū super expen-
 sis. Super quibus omnibus est pronunciandum: an sit suffi-
 cienter cautum, exhibitum & declaratum. Et petetur etiam per
 conuentum, assignari sibi ad querendum instrumenta. Et tan-
 dem assignabitur conuento ad contestandum tempus fori.
 Quo tempore elapso petetur per agentem, cum tēpus assigna-
 tum parti aduersę ad contestandum sit elapsū: reputari con-
 tumacem: & haberi litem pro contestata & negata. Qua conte-
 statione oblata, & facta pronunciatione qua pronunciabitur
 esse sufficienter contestatum: assignabitur agenti ad probandū.
 Si vero contestatio non offeratur: habebitur lis pro contesta-
 ta & negata. Et assignabitur agenti ad probandū. Quo in ca-
 su conuentus (infra decem dies a die assignationis factę ad
 probandum computandos) debite & iuxta forum & intra tem-
 pus fori, habita lite pro contestata & negata, offeret cedulam
 suarum defensionum, negotium principale tangentium: pe-
 tens fieri quę in ea suis loco & tempore: & inseri mandare.
 Deinde vero facta dicta assignatione ad probandum pro-

Methodus procedendi

dicto agenti cum dilationibus, et prorogationibus superius recitatis, et termino probatorio elapso: petetur per conuentum: cum tempus parti aduersę concessum ad probandum sit elapsum: reputari contumacem, et assignari ad publicandum, et assignabitur ad primum diem. Deinde vero petetur per dictum conuentum: cum pars aduersa habeat assignationem ad publicandum: reputari contumacem, et mandare pignozari, et mandabitur. Qua pignozatione facta petetur per dictum conuentum: cum pars aduersa habeat assignationem ad publicandum, et sit pignozata: reputari contumacem, et haberi producta pro non productis. Que publicatio si non fieret: haberentur producta pro non productis: et petetur per conuentum absoluti a contentis in petitione. Cum (actore non probante) reus sit absolueudus: etiam si nihil prestiterit. Et facta per agentem publicatione assignabitur conuento ad contradicendum: et assignabuntur duo dies pro quolibet teste et instrumento. Quo tempore elapso petetur per agentem: cum tempus assignatum ad contradicendum sit elapsum: reputari contumacem et haberi oblatum pro non oblato. Et tunc poterit allegari per conuentum eius contradictorium esse oblatum in scribania: et assignabitur ad faciendum fidem de eo ad primam. Postea vero petetur per agentem: cum conuentus habeat assignationem ad faciendum fidem de contradictorio, quod dixit esse oblatum in scribania: reputari contumacem: et haberi oblatum pro non oblato. Et habito oblato pro non oblato petetur assignari agenti ad contestandum. Et seu oblato contradictorio, et facta pronuntiatione qua pronuntiabitur esse oblatum tempore competentis, et tam in eo quod in cedula contestationis esse talia: petetur per agentem: pronuntiari: non esse habendam rationem de contentis in contradictorio, nisi quo ad obiecta testium tantum. Quod ubi fuerit pronuntiatum: poterit peti per dictum conuentum assignari agenti ad contestandum. Sed antequam assignetur ad contestandum: petetur per agentem assignari conueto ad exhibendum, et declarandum, quemadmodum superius dictum est de exhibe-

bitione et declaratione agentis. Et tandem assignabitur agenti ad contestandum. Cuius contestatione oblata facta pronuntiatione qua pronuntiabitur esse sufficienter contestatum: petetur per conuentum, non esse habendam rationem de contentis in dicta contestatione quo ad ea que fuerunt allegata et deducta: seu deduci et allegari competebant in petitione. Et ubi fuerit pronuntiatum: assignabitur conuento ad probandum contenta in cedula contestationis, et contradictorii, cum dilationibus et prorogationibus superius dictis. Et facta predicta probatione et publicatione, assignabitur agenti ad contradicendum. Cuius contradictorio oblato, vel (suo casu) habito pro non oblato assignabitur dicto reo ad recontestandum tempus fori. Cuius contestatione oblata, et facta pronuntiatione (qua pronuntiabitur esse sufficienter recontestatum) petetur per agentem, non esse habendam rationem de contentis in dicta recontestatione quo ad ea que fuerunt deducta, et allegata, seu saltem competebant deduci et allegari in prima contestatione. Sed erit commodius declarare atque exprimere articulos, in quibus ea continentur, que fuerunt allegata, et allegari debuerant in prima contestatione, et dicere non esse de ipsis habendam rationem, nec super eisdem debere testes recipi: cum illa fuerint allegata seu saltem competebant allegari in prima contestatione. Super quibus ubi fuerit pronuntiatum: assignabitur agenti ad probandum in predicta eius contestatione et cedula contradictorii contenta. Qua probatione et publicatione factis, assignabitur dicto conuento ad contradicendum, cuius contradictorio oblato, et facta pronuntiatione qua pronuntiabitur, tam in eo quam in cedula contestationis esse talia: assignabitur conuento ad probandum contenta in predicta eius contestatione, et ultimo contradictorio. Quibus probatione et publicatione factis, assignabitur agenti ad recontradicendum, cuius contradictorio oblato, facta pronuntiatione, qua pronuntiabitur esse oblatum tempore competentis, et in eo esse talia que sunt probanda: assignabitur eidem agenti ad probandum conten-

Methodus procedendi

ta in predicto contradictorio. Eius probatione et publicatione factis, petetur per partes seu alteram illarum assignari partibus ad dicendum, proponendum, et allegandum in causa. Deinde vero pars que dicere voluerit: satisfaciendo dicet, proponet, et allegavit in forma etc, videlicet (si fuerit actor) cum per producta, probata, et publicata constet plene de contentis in predicta eius petitione: condemnari conuentum iuxta tenorem ipsius, et si aliqua non plene fuerint probata: saltem semiplene, et super semiplene probatis deferri iuramentum eius parti. Et cum his assignari ad renunciandum et concludendum in causa, et in continenti assignabitur. Si vero conuentus dicere voluerit: dicet, proponet, et allegabit in forma, videlicet quod cum per producta, probata, et publicata ex aduerso non constet de contentis in eius petitione: et casu quo constaret (quod absit) illa per producta, probata, et publicata pro eius parte sunt elisa, et eneruata, et actore non probante reus sit absolueudus: ideo pronunciarum et absolutum a contentis in predicta petitione: partem aduersam in expensis condemnando. Et si non constet plene: saltem semiplene, et super semiplene probatis (casu quo deferendum sit) iuramentum deferri predicto eius principali. Deinde vero facta assignatione ad renunciandum et concludendum, dicte partes renunciabunt et concludent in forma, petentes haberi negotium pro renunciato et concluso. Quo habito, petetur diffinitive pronunciarum. Si vero altera partium renunciare recusauerit: petetur per partem renunciantem moneri per iudicem. Si monita adhuc recusauerit: petetur haberi negotium pro renunciato et concluso, qua monita, et in eius contumaciam habito negotio pro renunciato et concluso: petetur diffinitive in causa pronunciarum. Et hec de modo procedendi in processu ordinario civili iuxta foros antiquos dicta sufficiant.

¶ De modo procedendi in civilibus iuxta foros nouos.



I causa (vt dictum est) oriatur ex contractu confecto post foros Calataiubij: poterit procedi secundum modum procedendi proxime dictum, et secundum foros novos Calataiubij. In manu tamen agentis est alterutram viam eligere: dum modo in prima petitione seu propositione fecerit electionem, que si facta non fuerit: causa duci intelligitur iuxta foros predictos Calataiubij. Si vero causam predictam ducere velimus iuxta predictos foros Calataiubij: faciendo electionem vice procedendi iuxta illos, et seu non faciendo aliquam electionem, nec iuxta foros antiquos nec iuxta novos foros: si agatur ad rei vendicationem seu recuperationem bonorum sedentium tantum, seu sedentium vna cum mobilibus: procedetur iuxta dictum for. 1. de rei vendicatione, fol. 52. als fol. 202. Si vero agatur ad recuperationem alicuius quantitatis, et seu bonorum mobilium: procedetur iuxta, for. 2. dicti ri. de rei vendicatio. In quibus quidem foris, quia totius rei progressus et termini, apertius quam a me possint proponi, describuntur: ideo de his in presentia nihil attingemus: remittentes omnino lectorem in omnibus ad seriem per dictos foros prescriptam. Si vero causa dependeat ex contractu confecto ante predictos foros Calataiubij: non est facienda electio. necessario enim iuxta foros antiquos causa est ducenda,

Annotations super predictis foris de rei vendicatione. 1. et 2. et in foro vnico de firmis iuris super possessione, fol. 140. als fol. 206.



Auertendum quod iuxta predictos foros in die et termino citationis publice coram iudice per actorem hora curie est offerenda respectiue petitio, propositio, seu

Methodus procedendi

Iurisfirma. Deinde vero iuxta predictum for. 1. de rei vendica. infra quindecim dies computandos ab hora oblationis petitionis sunt exhibende omnes scripture, quibus actor se velit ad probandum petitionem iuuare. Et sic statim post dictam oblationem petitionis poterunt scripture exhiberi, ex quo dicti quindecim dies computantur ab hora oblationis petitionis.

¶ Si vero agatur iuxta for. 2. de rei vendica. dantur decem dies. Et iuxta for. de firmis iuris dantur etiam decem dies ad exhibendum dictas scripturas referendi post diem oblationis predictę petitionis propositionis seu iurisfirmę. Et ita cauendum ne in continenti post oblationem predictę petitionis scripture exhibeantur, sed post diem predictę oblationis vt foro satisfiat.

¶ Notandum etiam circa predictos foros qd illi debent regulari iuxta for. ti. de in ius vocando, fol. 40. als fol. 185. et ex quo iuxta predictum for. in causis mere civilibus si per citationem inchoatiuam cause reus siue conuentus facie ad faciem non fuerit deprehensus: non poterit procedi in causa ad aliquos actus, nec currit aliquod tempus a foro presinitum, donec predictis conuentus per se seu eius procuratorem comparuerit, et seu in contumaciam illius pignozatus fuerit, et pignus reportatum in curia, ideo non est offerenda petitio seu propositio vel iurisfirma iuxta predictos foros in termino citationis: si citatus non fuerit deprehensus facie ad faciem: donec per se seu eius procuratorem comparuerit, et seu pignozatus fuerit, et pignus reportatum coram iudice, tunc enim dicitur legitime citatus. Et abinde current termini dictorum for. Cautius est tamen qd si citatus non fuerit deprehensus in termino citationis iuxta dictos for. petitionem seu propositionem offeramus. Et deinde postq procurator conuenti comparuerit, et seu fuerit pignozatus, et pignus reportatum in curia: iterum non recedendo ab alia oblatione petitionis seu propositionis, de no

no predictam petitionem seu propositionem offeramus, et faciamus diligencias debitas iuxta formam dictorum fororum,

De processu civili summario.



In causis civilibus mere personalibus, non excedentibus summam biscentum solidorum, proceditur summam attentam veritate, vide forum vnicum sub titu. q. in causis, fol. 49, al's fol. 70. et for. incipi. in causis, et for. amputantes, sub ti. de ordine cognitionum, fol. 49, al's fol. 88, et for. statuimos de voluntad dela. ti. de tabellionibus, fol. 101, al's fol. 189, et for. sub ti. de las causas menores, fol. 49, al's fol. 274. Et etiam nunc proceditur summam in causis non excedentibus tercentum solidos, vt statuitur in for. O trosi que como, sub ti. de iudicijs, edito anno. 1547, fol. 46, in quibus causis ex consuetudine proceditur modo sequenti. Parte citata debite et iuxta forum de in ius vocando, expectata semel de gratia, si in ciuitate Cesar auguste citetur: si autem in vicijs seu barrijs illius per triduum, oblato mandato seu petitione per agentem, vbi conuentus comparuerit: assignatur ad offerendum rationes ad primam. Quibus rationibus oblatis, poterit inuicem rescribi per actorem, et conuentum: vsq; ad satietatem. Et tandem assignabitur ad probandum, et assignabuntur hincinde sex dies, vt in ordinario processu fit. Deinde assignabuntur tres prorogationes cui libet partium, vnaqueq; illarum erit octo dierum. Et factis probationibus et publicationibus, assignabitur hincinde ad contradicendum, et assignabuntur duo dies pro quolibet teste et instrumento. Et oblatis contradictorijs facta pronuntiatione, qua pronuntietur esse oblata tempore competenti, et in eis esse talia que sint probanda: assignabitur ad proban-

Methodus procedendi
dum:quemadmodum in primis probationibus dictum est:
Quibus probationibus et publicationibus factis, petetur dis-
finitive pronuntiari. Et eodem modo proceditur in omnibus
causis in quibus de foro tempora non sunt prescripta, et in illis
est procedendum summam etiam si causa predicta summam
trecentorum solidorum excedat. preterquam quod in probationibus
dantur longiora tempora quemadmodum in processu predicto
plenario ordinario civili de quo superius est actum.

Si in predictis causis trecentum solidorum voluerimus con-
tenta in mandato iuramento conuenti relinquere: si pars non
comparuerit: ut pars condemnatur: sunt seruanda et solent ser-
uari sequentia. Primo oblato mandato relinquuntur iuramen-
to conuenti contenta in eodem, et mandatur notificari. Quod
ubi fuerit notificatum mandatur pignorari dictus conuen-
tus. Quo pignorato petetur reputari contumacem, et haberi
pro confesso. Quo facto habebitur pro confesso: et condemna-
bitur in petitis simul cum expensis, et mandabitur fieri executio.

De apprehensionibus.



Apprehensionum materia, que frequentissima
est et latissime patet. apertius innotescat: notan-
dum est apprehensionum de foro duas esse spe-
cies. Quarum altera est que fit ante litem motam
et extra iudicium absque partis citatione, sola sum-
maria informatione ministrata. de qua loqui-
tur forus. 1. de apprehensionibus, fol. 84. al's for. incipiens, licet
de foro, sub ti. de appellitu, fol. 78. Qua apprehensione appre-
hendens sua priuatur possessione, ut in dicto foro conuenitur. se-
cundum que forum iudicium possessoriu ab apprehensione non erat
distinctu: sed facta dicta apprehensione statim summam in di-
cto iudicio possessorio procedebatur, saluo iure proprietatis. Al

tera vero apprehensionis species est quando cum pende iudicio possessio, per partes oblati iurifirmis super aliquorum bonorum sedentium seu iurium possessione, seu quasi, dicta bona seu iura petuntur ad manus curie sequestrari: et parti litiganti committi litependente. de qua agit forus incipiens. Ad notitiam peruenit, ti. de apprehē. fol. 85. als fol. 87. sub ti. de ordine cognitionum. Hac tamen apprehensionis specie dimissa (qua non solemus vti) de prima (qua hodie utimur) in primis dicemus. Quis quidem appellitur ut notatur in foro incipi. De voluntate de la corte statuimus, sub ti. de officio iusticie Aragonū, fol. 25. als fol. 162. est prouidendus intra unum diem post ministratam informationem, et factam petitionem ut prouideatur: nisi probabile dubium occurrat. tunc enim iudex potest prouisionem per tres dies differre.

De iis que requiruntur ad apprehendendum et obtinendum in litependente et modo procedendi in hac qua utimur apprehensionis forma.



Lurimis modis in prima apprehensionis specie potest secundum forum res apprehendi. Potest enim apprehendi nudam, simplicem et propriam possessionem allegando: ratione contractus inter viuos: ratione mortis ab intestato: in vim testamenti, seu alterius ultime voluntatis: aut vinculozum: causa commissi: census, siue cenualis: aut alterius obligationis, in qua clausule precarij constituti et apprehensionis apponuntur, virtute etiam pacti ut dicitur de retrovendendo, ratione viduitatis. Apprehenduntur etiam de foro officia et beneficia. In quibus omnibus quid requiratur ut apprehensio fiat, singularim est dicendum.

Si ad iudicium apprehensionis cum sola propria possessio

Methodus procedendi

ne deueniamus: vt res apprehēdatur: sufficit triginta dierum
continuoꝝum possessionem propriam probare vsq; ad appelli-
tus oblationem. vt dicitur for. 2. sub tit. de apprehensio. fol. 85.
als. 120. In quo quidem apprehensionis appellitu vt disponi-
tur in foro Acaece a vezes, de apprehensio. fol. 89. als fol. 135.
sunt per appellitantem expresse nominandi illi qui tempore
quo appellitus offertur, per se seu eorum familiares seu condu-
ctores actu rem possident: que apprehēdi petitur. aliter si pos-
sidentis modo predicto probaret se possidere: est quo ad ipsius
preiudicium dicta apprehensio reuocanda. que probatio est fa-
cienda intra viginti dies computandos a die quo ad predicta
probandum suam obtulerit propositionem. Hęc autem pro-
positio dicitur propositio omissi ex eo quia possidens omissus
est nominari in appellitu. Potest tamen appellitans duran-
te dicto termino viginti dierum contrariam informationem
ministrare vt in dicto foro Acaece a vezes, supra allegato, tes-
tes autem qui ad prouisionem dicti appellitus producentur:
sunt interrogādi per iudicem iuxta formam traditam per for.
incipi. For. quanto, dicti ti. de apprehen. fol. 85. als fol. 132.

Si rem ratione contractus inter viuos apprehendere vo-
luerimus: probata triginta dierum possessione nostri predeces-
soris mediati, seu immediati, et cum titulo etiam colorato iuxta
forum secundum de apprehensionibus incipientem. Obdi-
ciendo 2c. fol. 85. als for. 1. eiuidem ti. fol. 120. res ipsa apprehē-
detur: etiam absq; possessione momentanea appellitantis. Di-
cta enim possessio que iuxta dictum forū requirebatur: est iam
sublata tam quo ad finem apprehendendi, q̄ quo ad finem ob-
tinendi. vt notatur in foro. 4. de apprehensionibus. fol. 85. als
sub ti. de la sublation de possession momentanea. fol. 275. et in
foro incipi. Item statuimos, sub dicto titu. de apprehensionibus,
fol. 85. als fol. 282.

In vim testamēti siue alteri? vltimę volūtatis, seu mortis ab

Intestato, iuxta dictum for. 2. de apprehensionibus incipi. Et obdiciando (probata triginta dierum possessione defuncti usque ad obitum et tempore obitus una cum titulo prima facie apparenti) res ipsa apprehendetur.

In vim vinculozum res apprehendetur iuxta dictum forum obdiciando et probata triginta dierum possessione illius qui rem vinculo subiecit: et verificatis omnibus substitutionibus quibus vinculum sumpsit effectum.

Si causa commissi rem velimus apprehendere: probata triginta dierum possessione, iuxta dictum forum obdiciando, illius qui dedit ad tributum usque ad tempus et tempore confectionis instrumenti tributationis (quod sufficit (si tributum fuerit antiquum) probare per testes de auditu et fama publica) et facta inclusione qua ostendemus tributum ad nos pertinere, una cum commisso: res ipsa apprehendetur. Obtinebimus itidem in articulo litispendentie, etiam contra tertium possessorem: ex quo per commissum possessio ipsa resolvitur. Aduertendum tamen quod si tributatio cum instrumento gratie fuerit confecta: id expresse in propositione litispendentie deducamus, et concludamus mandare restitui nostris iuribus durantibus: hoc est donec tributum sit redemptum, et deinde seu pro illa parte, seu partibus, pro qua seu quibus constiterit esse propositio nem recipiendam.

Censualis ratione apprehensionem obtinebimus: probata triginta dierum possessione vendentis, usque ad tempus formationis census, et eo tempore: et facta probataque inclusione, qua censum ad nos pertinere demonstrabimus: una cum precarii reuocatione: quod sola animi secuta declaratione reuocabitur, dicendo nos id reuocare in appellitu et propositione. Et obtinebimus in litispendente etiam contra tertium possessorem, deducentem possessionem post confectionem instrumenti cen

Methodus procedendi

suavis. In fauorem enim censualium in Aragonia possessio res soluitur.

Si rem ob pactum de retrouendendo apprehendere uoluerimus: sufficit triginta dierum possessionem probare ipsius vendentis, usque ad tempus venditionis, et cum inclusione qua ostendemus ius luendi ad nos pertinere: factaque requisitione, et pecunie ostensione, et ipsius facto deposito, in renitentia recipere recusantis, penes iudicem competentem. His omnibus factis atque probatis res ipsa apprehendet. Obtinebimus etiam in articulo litispendentie: ex quo ratione predicti pacti de retrouendendo secutis omnibus predictis possessio ipsa resoluitur.

Si ratione alicuius specialis obligationis rem apprehendere uelimus: uti depositi, seu ut dicitur charte commande, capitulorum dotalium, aut alterius contractus, in quo est appositum precarium et constitutum: probata triginta dierum possessione obligantis usque ad obligationis tempus, et eo tempore, reuocatoque precario et constituto, res ipsa apprehendetur. Obtinebimus etiam sententiam in litependente in vim premissorum, et clause qua placet obligato quod casu recusationis solutionis debiti possit res apprehendi, et in litependente obtineri.

Cliduitatis causa fiet apprehensionis prouisio: probatis triginta dierum possessione alterius ex coniugibus, cuius fuerint bona ipso matrimonio durante, et morte, ut statuit for. incipi. Muytas vezes, dicto tit. de apprehensio. fol. 86. als fol. 134. et iuxta dictum forum non requiritur quod maritus tempore mortis possederit bona, que per viduam apprehendi petuntur, quia forte vir alienauit bona, quod fieri potuit, remanente saluo uxori iure uiduitatis, ut dicitur in obseru. item vir, titu. de iure dotium, fol. 16. als. 20. Potest etiam iuxta dictum forum res apprehendi pro iure uiduitatis: non possessa per defunctum: in qua erat proprietarius defunctus (iuxta enim obseru. si legatum, fol. 16, als fol. 21, et obseru. uxor habet, fol. 17, als fol. 22.

sub dicto titu. de iure dotium. superstes ex conjugibus habet viduitatem in bonis non possessis per defunctum: in quibus proprietas pertinebat ad defunctum) necq; iuxta predictu for- rum oberit, q; possessio triginta dierum defuncti non probetur: quandoquidem ad apprehendendum et obtinendum secundum for. ti. de usufructu, fol. 55. als fol. 184. usufructuarij possessio vi- duitate finita, aut usufructu extincto: prodest pprietario. Pro- bata igitur usufructuarij possessione, censebitur probata pro- prietarij possessio.

Officia et beneficia possunt etiam iuxta for. apprehendi. pro- bata possessione predecessoris per testes: vacatione, et titulo ap- pellitatis. vt in foro incipieri. For. quato por el tuero de appre- hensio. fol. 90. als. fol. 179. secus autem in arrendatore eorundem. Ut enim arrendatori appellitus provideatur: requiritur q; pro- betur triginta dierum possessio. habentis titulum in beneficio, qui locauit. cum talis apprehensio fiat iuxta dictum for. E obdi- ciano, de apprehensio. fol. 85. als fol. 120. Et hac de causa ut- di reuocari quendam appellitum oblatum per Jacobum Fer- nandez. vt arrendatorem Castellanie de Amposta. et hoc per viam appellationis a curia iusticie Aragonum interpositę: eo quia titulus arrendantis et non possessio fuit probata. Et quia hactenus de puiisione apprehensionis diximus, anteq; ad re- liqua pergamus: visum fuit mihi hoc adnotandum fuisse, vide- licet q; apprehensionis puiisio, ex nouiter productis non po- test reuocari: nec iniustificari, nec etiam iustificari. preterq; in casu for. incipi. Cosa muy iusta, dicti tit. de apprehensionibus. fol. 85. als fol. 272. et in casu for. incipi. Alli mesmo, titu. de pre- laturis, fol. 3. als fol. 287.

De his que requirun-
tur ad finem obrinendi in
litependente,

Methodus procedendi



S in genere obtinebit in articulo litispendentie, qui se esse in possessione actuali bonorum et iurium apprehensorum melius probauerit, ut habetur in for. incipi. Item per dar forma, de apprehen. fol. 89. als fol. 134.

Fallit predicta regula in officijs et beneficijs (ut enim in dicto foro, per quanto per el fuero dicti ti. de apprehen. fol. 90. als fol. 179. habetur) in illis potior titulus preferatur tam in articulo tenute quam in possessorio.

Fallit etiam in ijs casibus, in quibus predictimus resoluti possessionem. Is enim in cuius fauorem possessio est resoluta in litispendente, obtinebit.

Quando autem ad bona defuncti peruenimus, in vim testamenti, aut alterius ultime voluntatis, aut ab intestato, aut causa vinculi, aut alio quouis modo: obtinebimus in articulo tenute, iudicioque possessorio, aduersus tertium possidentem, etiam per annum nisi possidens in eius cedula replicate deduceret, et probaret, se a tempore quo mortis defuncti fuit publice nota in loco ubi bona sunt apprehensa, per unum annum continuu possedisse, non contradicente predictum titulum habere, tunc enim talis possessor esset in sua possessione tuendus, ut hec latius appareret per forum incipi. Et vezes, de apprehen. fol. 91. als fol. 121.

De modo procedendi in prima

apprehensionis specie iuxta for. per quanto. ti. de apprehensio, fol. 90. als fol. 179.



Blato ergo appellitu, quocumque die, etiam natiuitatis domini nostri, eoque testibus interuenientibus confectro, probatis omnibus necessarijs facta anteprouisionem fide de potestate procuratoris prouisionem petentis, prouidebitur talis

appellitus. Quo prouiso, facta executione et commissione, et leu ha-
 bita pro legitime facta (casu quo in executione facti impedime-
 tum fuerit factum) est reportanda executio per appellitatem,
 et non per alium, intra triginta dies a die prouisionis con-
 numerandos. Intra tempus ergo debitum ad demonstrandum
 quod apprehensio est secundum forum executata et commissa, repor-
 tabimus literas executionis et commissionis, petendo inseri man-
 dare. Que reportatio etiam fieri poterit ultimo die si fuerit fe-
 riatus, nec in predictis diebus referuntur dies, quibus ipso fo-
 ro curia est habita pro continuata. Qua quidem reportatione
 facta, nulla current tempora fori. Qui autem voluerit ulterius
 in causa procedere, offeret propositionem simul cum chartello:
 iuxta forum subsignato. Qui offeres nunc dictam propositio-
 nem solet esse aliquis in bonis nullum habens ius, qui vulgo di-
 citur fictus. Is ergo imprimis faciet fidem de instrumentis pu-
 blicis executionis, et commissionis apprehensionis. Quo facto
 offeret predictam propositionem, simul cum predicto chartello:
 et petet mandare citari omnes et quoscumque sua interesse pu-
 tantes super bonis apprehensis: et mandabitur. Que quidem
 citatio est facienda voce preconia, tam in loco ubi fit processus,
 quam in locis ubi bona apprehensa sunt sita. Et dicta citatione me-
 diante dicto chartello facta, citatis omnibus arbitrariis sua
 interesse, et ius efficax habentibus, ut infra quinquaginta dies,
 a die citationis referendos, suas offerant propositiones, est ci-
 tatio infra quindecim dies per eundem reportanda: ut statuit
 for. incipi. Item de voluntad dela dicha corte statuimos. titu.
 de apprehen. fol. 91, als. sub titu. de citatione, fol. 242, als. habe-
 retur p non facta. Intra ergo predictos dies ad demonstran-
 dum, quod omnes qui arbitrantur sua interesse, fuerunt legitime
 citati: reportabimus executionis instrumenta, et dictum cita-
 tionis chartellum, vna cum relatione cursoris. Et dicti quin-
 quaginta dies, ad offerendas dictas propositiones, quando bo-
 na apprehensa sunt sita in loco ubi fit processus, quo casu solum
 requiritur vnicum citationis preconium: currunt a die dicte ci-

Methodus procedendi

citationis. sed quando sunt sita extra locum, et terminos, vbi sit
processus: iuo casu debent fieri duo citationis preconia: currunt
a die vltimi preconij. Tunc enim dicitur citatio foralis perfecta.
Et licet iuxta dictum forum incipi. Por quato, poterat di
cta citatio foralis fieri, et sepe fiebat super parte bonorum appre
hensorum, et in illis pcedebat in litependente, et vbi dicte duo
preconia citationis erant facienda, vno illorum facto poterat
alterum fieri quandocunq; nunc tamen per forum sub dicto tit.
De apprehensionibus editum per serenissimum Principem anno
1555. fuit statutum, qd dicti quinquaginta dies non currant ni
si a die quo integre dicte citationes iuerint preconio facte su
per omnibus bonis apprehensis. Et in casu predicto, in quo duo
citationis preconia requiruntur: fuit dispositum, qd secundum
preconium sit faciendum infra triginta dies immediate leque
tes, a die primi preconij: et si non fuerit factum, qd habeatur p
non facto: et de nouo prima et secunda preconia sint facienda.
Infra igitur predictos quinquaginta dies, referendos a die ci
tationis modo iam dicto, omnes offerent suas litispendentie p
positiones, que poterunt offerri pro iuribus non apprehensis:
et pro iuribus perpetuis, etiam si bona fuerint apprehensa pro
iure temporali. Partibus ergo presentibus et in contumacia
contumacium vnusquisq; suam offeret ppositionem, et exhibebit
omnes scripturas quibus se iuuare voluerit, ad probandum in
ppositione contenta, offerrens super expensis fideiussorem. Et ad
uertet in ppositione deducere omnia que ad inclusionem fa
ciunt. Si enim aliquid inclusiuum in ppositione, exclusiuum ve
ro in replica fuerit ptermisum, id non licebit reparare: nec alle
gare etiam in processu grauaminum factorum. Oberit autem in
ppositione aliquid exclusiuum interponere, preberetur enim occa
sio replicandi aduersarijs. Oblatis ergo ppositionibus, preteri
tis dictis quinquaginta diebus habet quelibet partium decem dies
ad replicandum, et interrogatoria offerendum, solu enim in lite
pendente in Aragonia offeruntur interrogatoria: et dantur du
rante tempore ad replicandum: et possunt dari in eisdem cedulais

replicationum, et ad partem, sed ex usu datur ad partem. vide for.
 statuimus, sub dicto, tit. de apprehen. fol. 92. als. fol. 281. Que
 uis igitur pars infra tempus replicando, et triplicando, offeret ce
 dulam replicate et interrogatorio: petens fieri que in ea, et in pro
 positione suis temporibus: et interrogari super dictis interrogatoriis
 quosuis testes per aduersarios producendos. Quibus decem die
 bus elapsis, sequuntur quadraginta dies ad probandum, et pu
 blicandum. Facta igitur per partes more solito (ut dicitur) pro
 ducta et factis probationibus et publicationibus, et ubi testi
 um commissarius, qui ad testes recipiendos iuerit, fuerit impedi
 tus, ita ut infra tempus publicare non valeamus, infra predictum
 tempus probatorium: probato impedimento, et facta
 publicatione quo ad poterimus, seu quantum in nobis erit: ha
 bebatur ratio de testium depositionibus, per commissarium
 receptorum, etiam si infra tempus producte non fuerint. Quo
 tempore quadraginta dierum preterito, causa habetur pro re
 nunciata et conclusa, et petetur diffinitive pronunciari: nostram
 propositionem admittendo, ceteras vero repellendo. Que tempora di
 minui non possunt: nisi partes que obtulerunt propositiones: consenti
 rent: ut fierent contenta in propositione alicuius. Tunc enim prete
 ritis decem diebus ad replicandum prefinitis, facta fide de consensu,
 factaque publicatione, absque alio adminiculo nec probatione, pe
 tetur in causa diffinitive pronunciari. Que sententia litispeden
 tie ut disponit in foro. incipi. Ya sea q. de apprehen. fol. 91. als.
 fol. 282. est intra tres menses preferenda: nisi bona apprehensa fuerint
 castra, aut loca. Tunc enim ad eam preferendam dantur quinque menses,
 iuxta for. 2. de sententia et re iudicata. fol. 133. als. fol. 282. Et sen
 tentia lata illa est confirmanda, aut infirmanda, seu reuocanda
 infra decem dies. ut cauetur in foro incipi. Item Por quanto la
 experientia, de apprehen. fol. 92. als. fol. 251. Dicta autem
 tempora ad pronuntiandum currunt non obstante quod petantur
 aliquae interlocutorie: nisi allegetur concordia, que est probanda
 iuxta forum Tirasonę incipi. Item statuimus, sub. tit. de sen
 tentia et re iudicata, fol. 133. als. fol. 131. vide forum ya sea, de ap

Methodus procedendi

prehensionibus, fol. 9 1. als. fol. 2 8 2. Et existente processu litispendentie in sententia, si allegatur, scripturas exhibitas esse aliter extractas, quod continentur in instrumentis, seu notis: durante disensione exceptionis, currunt tempora. et exceptione nondum decisa, sententia est preferenda: reservato iure partibus super exceptione. vide forum incipi. Item el señor Rey. de apprehē. fol. 9 2. als. fol. 2 8 2. Deinde vero lata sententia in litependente, si de iussoribus oblati, obtinens mandatur mitti in possessionem bonorum apprehensorum: et eidem de fructibus responderi. iuxta forum. Item por dar forma, de apprehen. fol. 8 9. als. fol. 1 3 4. et iuxta forum sequentem eiusdem tituli, qui est als. forus ultimus eiusdem tituli, fol. 1 8 1. Qui processus una cum executione sententie, et expensarum, que ipsius est sequela: est privilegiatus. Si vero missus in possessionem, siue eius heres, seu alter habens ius ab illo, repositus et missus in possessionem, in eadem turbetur violenter: facta fide de processu, aut literis decisorijs, instrumentisq; missionis in possessionem, providebitur edictum ne vis fiat ei: siue (vt vulgo dicitur) appellitus de tollitorciam, qui eonsequatur durabit: quo adversarius in articulo possessorio, vel proprietatis obtineat. Appellitu autem predicto de tollitorciam proviso, eorum notificato, poterit contra eos quibus fuerit notificatum violenter in possessione turbantes, seu illam occupantes, procedi, velut contra fractores apprehensionis, iuxta for. Ordenamos de voluntad, dicti tit. de apprehen. fol. 8 9. als. fol. 1 2 1. et iuxta for. incipi. Item por quanto es justo, eiusdem tituli, fol. 9 2. als. fol. 2 8 2. Qua sententia in litependente contra nos prolata, si libuerit, omisso iurifirmarum articulo, protinus poterimus ad proprietatem accurrere. Si vero obtinens in articulo litispendentie, in appellatione, iurifirmarum articulo, seu proprietatis succubuerit: et contra se sententiam reportaverit: recuperabuntur ab eo et eius fideiussoribus privilegiate fructus, litependente percepti. pro ijs tamen quos legitime constiterit a foralibus commissarijs recepisse, statim fiet executio. Pro alijs vero fructibus, post receptionem litispendentie perceptis, proce

detur summatim: et non per viam actionis ordinarię, et directe, ut olim, uti habetur in foro incipi. el señor Rey, et foro sequenti sub dicto ti. de apprehensio. fol. 92. als. fol. 281. Quorum facta liquidatione fiet modo iam dicto executio. Qui proximi fori loquuntur in causis abinde inchoandis, in inchoatis vero ante illos fructus alio modo petendi erant. Aduertendum tamen quod si aliquis in proprietate beneficii, Romę tres sententias uniformes, aut vnam transactam in rem iudicatam obtinuerit: facta fide de literis executorialibus, tolletur apprehensio, et signa Regia. fructus tamen litependente percepti, eo casu sunt per viam iuris canonici recuperandi.

¶ De modo procedendi in secunda apprehensionis specie.




Secunda apprehensionis forma (ut dictum est) procedit iuxta dictum forum ad nostrum, de apprehen. fol. 85. quocumque fuerit exorta contentio in iudicio possessorio, super aliquibus bonis seu iuribus, oblatis iurifirmis possessorijs, ab utraque parte, petuntur dicta bona seu iura sequestrari: et apprehendi: et litependente committi. Qui igitur dictum sequestrum, et apprehensionem, cum commissione (iuxta dictum for.) voluerit obtinere: parte citata et audita, presente aut per contumaciam absente, offeret propositionem litispendinge, in qua possessionem allegando, concludet: mandare predicta bona, seu iura sequestrari, et apprehendi penes curiam, eaque sic sequestrata sibi committi: ut litependente dictis bonis seu iuribus possit uti: se paratum offerendo ad cautionem prestandam. Qua propositione oblata, altera pars poterit contrariam propositionem seu informationem offerre ante publicationem probationum partis dictum sequestrum petentis. Quibus partibus sunt sex dies assignandi ad probandum suam possessionem

Methodus procedendi

deductam. Quibus probationibus factis, obtinebit dictū sequestrū, et cōmissionem, pars que meli⁹ probauerit se esse in possessione actuali, tēpore motę litis, iuxta for. Aliustando, de apprehen. fol. 91. als. fol. 180. Et mandabitur per iudicem in sententię platione predicta bona seu iura sequestrari, et committi parti rectius probanti, prestita cautione forali. Qua pñuncia tione in articulo litispendentię lata, oblati fideiussorib⁹ mandabitur obtinens in possessionem mitti. Deinde vero (saluo iure proprietatis) ulterius in iudicio iurifirmarū pcedet. summatim, simpliciter, et de plano, ut inferi⁹ in pcessu iurifirmarū dicitur.

¶ Aduertendū circa apprehensionū materiam. q̄ in prima apprehensionis specie solent cōmuniter p partes ppositiones offerri, p parte ut dicitur fictoꝝ, non habentium aliquod ius, in quorum replicis deducunt omnia illa que per partes allegant. Que ppositiones ad plurimos effect⁹ offeruntur. Possunt em̄ in replicatione deducta iuramento partiū relinqui, et etiā si fuerit aliquod instrumentū dubiū, qd̄ possit parti officere, est cautius, si conduxerit, fieri fidē de illo per fictū: et non p partem: ne p̄iudicium fiat. Preterea ad probandum possessionē, cuiuscūq; nature fuerit, triginta testes dumtaxat possunt pducī, ut in foro incipi. Item statuimos q̄ enel processo, de apprehensio, fol. 91, als. fol. 251. Si vero parti expediat, poterūt totidē per fictum produci, per quem facta publicatione publicata p fictū in genere p partem reproducuntur, in quantum sibi potest prodesse.

De modo pcedēdi in manifestatiōib⁹.

 Manifestationū, alię sunt bonoꝝ, alię personarum, alię vero scripturarū. ¶ Manifestant scripturę, ne obliterent, nec deleanť. Ad manifestationis autē p̄uisionē obtinendam, est offerendus fideiussor, aliter prouideri non potest, ut habetur in foro secūdo de manifestatio, scripturarū, fol. 65, als. for. 1. fol. 245. in qua manifestatione est seruanda forma tradita p dictū forū. Est autē dicta manifestatio tātū ponderis, q̄ si scripturarū manifestatarū copia remaneat apd̄ curiā, et po

stea in primis seu originalibus notis, aliquid sit detractum vel immutatum: potius sit dicte copie, quam originali, adhibenda fides. Instrumenta, processus, et scripture, a manibus et potestate notariorum, et iudicum duntaxat, et non privatarum personarum, fieri possunt de manifesto, quod intellige, si scripture manifestentur uti scripture, secus si uti bona mobilia, tunc enim poterunt fieri de manifesto: etiam a manu private persone: uti bona mobilia: et ad eundem effectum. Clerum processus, et iudiciaria acta, ut statuitur in for. 1. de manifest. scripturarum, fol. 164. al. fol. 178. tantum per iustitiam Arago, eiusque locumtenentes possunt manifestari. Et quorum curia provisiones procedentes manifestari non possunt, nec penes officiales nec privatas personas. Reliquę vero scripture, que non sunt processus, neque acta iudiciaria, possunt per quosvis iudices manifestari, penes notarios, et etiam per iuratos et almuta factos, ut dicitur in obser. Nota de consuetudine regni, tit. de fide instrum. fol. 10. al. fol. 13.

Manifestant bona mobilia ad solam partis assertionem, ante cuius provisionem sunt offerendi duo fideiussores, habitatores loci ubi appellitur offertur, de psequendo appellitur, et de soluendo expensas, et dana, suo casu, ut statuit in for. incipi. For dar breu expedicio, de manifesta. et inuenta, bonorum, fol. 63. al. fol. 177. in fine. Appellitur autem manifestationis est statim (ad alios actus non diuertendo) per iudicem puidetur: nisi pbabile dubium occurrat, quo in casu per tres dies poterit eius provisione differri, ut in for. incipi. De voluntate delactorum statuimos, de offi. iusti, Arago, fol. 23. al. fol. 162. Aduertendum tamen quod id quod dictum est, scilicet quod ad solam partis assertionem debet manifestatio puideri: non pcedit in lana, croceo, vino, frumeto, et corijs, siue corabres, siue venalia illa sint: siue non, nec in bestijs, aut curribus, siue alio quouis instrumento, quo illa portabuntur si in itinere reperiantur. hec enim per iudicem quecumque manifestari non possunt: nisi ante manifestationis provisionem per instrumenta seu testes constituerit: dicta bona pertinere ad illum, qui dictam manifestationem petiuerit, de quibus in manifestatione est fides facienda ut aperte disponit in for. 1. de emparam, fol. 93. al. for. ultimo sub ritu.



Methodus procedendi

de manifestationibus bonorum, fol. 178, et in foro incipien. Preplaze et dicti tit. de empara, fol. 95, als. 154. Que manifestatio bonorum mobilium est exequenda: et in executione ipsius et articulo tenute, firmarum et proprietatis, est procedendum iuxta foros 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, et 10, sub. tit. de manifestatio. et inuentariationibus et fol. 62, qui sunt als sub. titu. de manifesta. bonorum, fol. 175, in quibus foris procedendi forma apertius traditur, quam ego possem exprimere. Qui fori ad vnguem sunt obseruandi; neglecto penitus foro de manifestatio. bonorum in volumine de rogatorum constituto, fol. 30, als. fol. 150, iuxta quem procedebatur ante predictos foros.

Manifestantur etiam persone penes iudices et officiales, et penes priuatas personas, seu iudices et officiales ut priuatas personas. Que manifestatio apud iudices per curiam iustitie Arago, tantum fieri potest. Apud priuatas personas per regia audientiam, et quosuis alios iudices, in quo manifestationis processu penes priuatas personas, seu iudices ut priuatas, proceditur summam, hinc inde per partes rescribendo, et factis publicationibus, ad contradicendum assignando.

Personarum manifestatio per curiam iustitie Arago, penes iudices et officiales ut iudices, fit nequis sine cause cognitione interficiatur, nec contra forum aliquod grauamen fiat: seu factum executioni mandetur; sed illud reprimatur, et reparatur per iustitiam Arago, eiusque locumtenentes. Qui grauaminum sunt iudices peculiare. In quo manifestationis processu ad liberationem persone manifestate licebit agere per viam priuilegiatam: in casibus fori tertii, tit. de manifestatio. personarum, fol. 60, qui als est forus primus dicti tit. fol. 175, et fori incipi. Epoz que, tit. de procuratoribus astrictis, fol. 160, als. fol. 237, et iuxta forum, 2, sub. tit. de la competencia, fol. 52, als sub. tit. de foro competententi fol. 281. In casibus quorum fororum summam procedendo, etiam absque partis citatione liberantur per curiam iusti. Arago, manifestari, a captionibus quibus detinentur, citra

solutionem expensarum, per viam priuilegiatam: et ponuntur in loco tuto, et securo, per spatium viginti quatuor horarum. Tamē si pars altera comparuerit: audietur, et summam procedetur: et sententia erit priuilegiata iuxta dictos foros.

Caduertendum circa manifestationum materiam, quod olim ut ex foro. i. de manifestatio, perso. fol. 60. als fol. 107. deprehenditur, manifestatus per iustitiam Aragonum seu eius locum tenentem etiam penes quosuis iudices et officiales, recta via erat presentandus dicto iustitie: eiusque locum tenenti, qui non poterat sub fideiussoribus tradi, sed in carcere detinendus, seu domo loco carceris assignata. Deinde vero per for. 2. eiusdem titu. fol. 60. als fol. 116. predictum forum limitando: fuit dispositum: manifestatos penes priuatas personas posse sub fideiussoribus tradi. Tandē vero per forum incipi. Item que los sobredichos iuges, titu. de appellitu, fol. 154. als fol. 233. et per foros titu. de manifestationibus personarum fol. 155. als fol. 133. in criminibus et delictis, in dictis foris expressis, fuit dispositum, captos esse ipso foro manifestatos: et gaudere debere omnibus libertatibus, quibus actu manifestati possunt gaudere. Et etiam pro predictis delictis posse actu manifestari per curiam iustitie Arago. et non posse extrahi a manibus iudicum: nec officialium penes quos fuerunt capti. et lata sententia manifestationem esse extinctam. Et etiam posse actu manifestatos post factam interrogationem, et seu preterito tempore, quo est facienda: tradi sub fideiussoribus per dictum iustiti. Arago. et eius locum tenentes. exceptis casibus, in quibus procurator astrictus ad accusandum fuerit pars legitima. ut statuitur per forum incipi. Item que porque los criminosos, sub. titu. en que casos el manifestado etc. fol. 162. als fol. 269.

Caduertendum etiam quod ante foros editos Montisoni anno. 1510, in quibus pro delictis in eisdem expressis processus criminales fuerunt effecti priuilegiati: ut in fine fori. i. titu. de

Methodus procedendi

modo et forma procedendi in criminali, fol. 155, als fol. 234. cauetur, poterat in causis criminalibus per viam appellationis, iurissime, vel manifestationis recursus haberi, in ipsoque manifestationis processu, grauamina illata prosequendo: procedebatur iuxta forum. Et per dar buena et c. de manifesta. personarum, fol. 61, als fol. 174. et ante dictum forum iuxta for. Quotiescumque, titu. de fir. iuris, fol. 137, als fol. 89. et iuxta for. 1. de manifestatio. perso. fol. 60, als fol. 107. et iuxta foros de manifesta. in volumine derogatorum constitutos, fol. 22, als. 116. et iuxta foros tit. de manifest. et c. in dicto volumine derogatorum, fol. 26, als. 131.

¶ Si vero captus non fuerat manifestatus, procedebatur iuxta for. incipi. Querientes dar buena expedicion, de fir. iuris, fol. 138, als fol. 207.

¶ Personarum manifestationis appellitus statim seu intra triiduum est prouidendus: sicut de manifestationibus bonorum superius est dictum, eodem enim foro continetur, et debet ad solum partis assertionem prouideri: nisi fiat penes iudices uti priuatos, vel ut non competentes, seu ad instantiam tertij, ut si monachus pro parte superioris, pupillus per tutorem, vasallus per dominum, sponsa per sponsum, coniux per maritum, seruus per herum, filia per parentes, mulier per consanguineos usque ad tertium gradum, manifestari petantur. Tunc enim omnes ille qualitates ante prouisionem sunt legitime probande. Si tamen appellitans dicat eam, quam petit manifestari, suam esse uxorem, sponsam, vel consanguineam in tertio gradu: sufficiet hoc per talem appellitantem probari per informationem unius testis, et iuramentum eiusdem, ut cauetur in foro ultimo de manifestatio. perso. fol. 62, als fol. 243.

¶ De modo procedendi in processu super emparamento.

¶ Paramento (ut ex foris atque obseruantijs colligitur) plures obtinet effectus. Obtinet enim (ut innuit obser. 1.

de rerum testatione, fol. 3. als fol. 4.) effectum vt reus soluat, ve-
luti pignozatio. Habet etiam emparamētum vim pzelationis,
in generali enim obligatione pzetertur ille, qui rem prius fuerit
testatus, vt significatur in obser. Item si plures, de pignozib⁹,
fol. 2. als fol. 3. Efficit etiam ne res possit alienari, vbi semel em-
paramentum parti fuerit notificatum, vt colligitur ex obser. si
bona mea, de rerum testatio, fol. 3. als fol. 4. et obser. si bona ali-
cuius, eiusdem titu. 7 fol. 7 obser. 3. de donatio, fol. 14. als fol. 18.
ante enim notificationem res dicitur integra, 7 posset aliena-
ri. Habet etiam vim summarie cognitionis, vt ex modo proce-
dendi clarius apparebit.

Prouidetur autem emparamentum generaliter super omni
debito manifesto, siue non manifesto, vt dicitur obseruari in
obser. penul. de rerum testatio, fol. 4. als fol. 5. et in obser. diffe-
rentia est, eiusdem titu, fol. 3. als fol. 4.

Fructus, iura, redditus, prouentus et emolumenta alicuius
vniuersalis, aut coniunctim bona 7 fructus singularium perso-
narum eiusdem, pro debitis illius, iuxta for. incipi. Quando bo-
na, de emparamentis, fol. 94. als fol. 153. testari non possunt:
nisi constiterit de debito per instrumētū, seu processum, de qua
fide debiti 7 quantitatis, est mentio facienda in literis empara-
toris: als nullum esset emparamentum.

Emparamentum penes notarium (vt est dispositum in foro
de empara. scripturarū, fol. 95. als fol. 179.) ne extrahat instru-
mentum, 7 parti liberet, fieri non potest: nisi prius cōstiterit de
diffinimento, solutione, aut alia legitima causa.

Lana, vinū, frumentū, 7 alię merces 7 prouisiones, sumenta,
cymbe, et plaustra, siue currus, q̄ il' a portabūt (vt est statutū in
foro penulti. de empara. fol. 95. als fol. 154. Et in foro. 1. dicti
ti. fol. 93. qui als est for. vltim⁹ de manifestatio, bonoz fol. 178)
testari nō possunt: nisi pri⁹ cōstiterit, de debito per instrumētū,
aut duos legitimos testes, de qua fide debiti est faciēda mētio

Methodus procedendi

in literis emparatorijs, aut mandato, quo bona testabuntur, qđ intelligendum predictę res sunt in itinere, secus si in populo: tunc enim talis solennitas nō requiritur, et hec seruat̃ ex consuetudine ex dictis foris sumpta.

Arma etiam offensiva, nisi pro pensionibus censualis, aut tributis, emparari minime possunt, vt statuit for, vnicus de armis multipli. fol. 131. als fol. 184.

Fura regia expressa in actu curię sub. titu. Regię celsitudini, in volumine actuum curię fol. 5. nō possunt testari. vide actū curię sequentem in dicto volumine, sub ti. Poder de los tres in. 5. Et quia dicti redditus.

Merito ergo cum emparamētum citra informationem prouidetur, demptis rebus predictis, que sine informatione predicta, testari non possunt: est prouidendum. ijs igitur dictis, ad modum procedendi in emparamento progrediemur.

Prouiso emparamento debite et iuxta forū, et eo illi cui sunt bona, seu procuratori ad lites, seu alcaydo, vbi loc⁹ seu fruct⁹ emparantur, notificato, si pars, cuius sunt bona, intra decē dies a die predictę notificationis cōputandos, emparamento firmauerit: petens recipi iurisfirmā, et ipsius virtute tolli emparamētum, quo ad finē bonis vtēdi, cū pars emparans infra tempus predictū cēseat citata, ad psecutionē emparamēti, et iurisfirmę, in eodē offerēde, vt significat in fine fori, Quando bona, de emparamētis, fol. 94. als fol. 155 nō oportebit eundem citare, quaten⁹ veniat ad offerendū rationes, quare iurisfirma nō sit recipiēda. Recte igitur pars, cui sunt bona, offerens iurisfirmā, cōmode in scriptis firmans emparamēto, et quibusuis emparamētis factis de bonis testat⁹, petet recipi iurisfirmā, sine aliqua citatione facta emparati. Que qđē iurisfirma, trāfactis dictis dieb⁹, statim recipiet: nisi modo inferi⁹ dicēdo, fieret fides de casu manifesto. Si vero p̃dicti dies p̃tereant: citabit⁹ emparas, quaten⁹ eat ad offerendū rationes, quare iurisfirma nō sit recipiēda.

Quo quidem citato facie ad faciem, et pignozato ac pignoze re
 portato, casu quo facie ad faciem non fuerit deprehensus, et etiam
 si libuerit, si non reperiat in loco ubi requisivit fieri empara-
 mentum, citato voce preconia, ut statuitur in foro incipi. Si il-
 le, de emparam. fol. 94. als fol. 90. Petetur per firmantem, cum
 dictus emparans sit citatus, et suo casu pignozatus, quatenus
 veniat ad offerendum rationes, quare iurisfirma pro sui parte
 oblata non sit recipienda: reputari contumacem, et recipi iuris-
 firmam. Que quidem iurisfirma si in contumaciam recipiatur: aut
 ex eo quia emparans reliquit discretionem, aut ante quam rationes of-
 ferantur, aut aliqua diffugia procurentur: non condemnabitur
 emparans in expensis receptionis iurisfirmę. Pretendens ta-
 men, cuius sunt bona, emparamentum in bonis suis sine ali-
 qua causa factum fuisse, volens expensas in causa iurisfirmę fa-
 ctas recuperare: poterit in eodem processu petere assignari em-
 paranti tempus fori, quod est quindecim dierum, ad demon-
 strandum an habuerit iustam causam emparandi. volens igitur
 iustam causam emparandi demonstrare, offeret cedula. et
 faciet productam large etc. Contra quam si rescribatur. proce-
 detur summam: assignabunturque meo iudicio alteri parti to-
 tidem quindecim dies, et victus victori in expensis condēnabitur:
 nisi habuisset iustam causam litigandi: ut predicta traduntur in
 foro incipi. Si alguno haura, sub titu. de emparam. fol. 93. als
 fol. 122. Petet ergo ille, cuius sunt bona, pronunciar: et declara-
 ri: assertum emparantem non habuisse iustam causam emparan-
 di: et condemnari in expensis: et tolli emparamentum. emparans
 vero petet oppositum. Si vero rationes contra iurisfirmam
 offerantur: oportet, ut in continenti per emparantem fiat fides
 de casu manifesto. als firma iuris esset recipienda: nisi essent p-
 bande mortes, matrimonia, filiationes, consanguinitatesque,
 ad probandum actiones in eum transisse. eo enim casu assigna-
 buntur quindecim dies, ad faciendum fidem de eisdem. ut col-
 ligitur ex foro, 2. de empara. fol. 93. als for. 3. fol. 122. debite ergo et
 iuxta forum, ad ostendendum et demonstrandum, quod iurisfirma

Methodus procedendi

super emparamento oblata est reijcienda et repellenda, offerret emparans cedula rationum, et in continenti, debite et iuxta forum, faciendo fidem de casu manifesto, faciet fidem de instrumento comande, aut alio consimili contractu, et cum ijs petet, qd cum mortes, filiationes, matrimonia, et consanguinitates sint probande ad inclusionem, et liquidationem casus manifesti: assignari sibi tempus fori ad ea probandum, et assignabuntur quindecim dies iuxta forum. licet petatur copia de tali cedula rationum, contra quam cedula si rescribatur per illum, cuius sunt bona, ad eneruandum casum manifestum: assignabitur tempus competens ad probandum. Contra quam cedula, si per emparantem rescribatur, assignabitur etiam vtriq; parti summam procedendo, tempus competens ad probandum, et ad contradicendum. Casus vero manifestus inducitur in instrumento, aut iuramento partis. Si tamen ex responsione facienda ab eo, cuius sunt bona, non resultat casus manifestus: non tenetur iurare super ijs, que sunt sibi relicta iuramento in cedula rationum contra iurisfirmam oblata. In predicta autem cedula rationum qua facimus fidem de casu manifesto, si bona non fuerint pecunie: petemus pronunciar, et repelli iurisfirmam, et ea repulla, mandare duci bona emparata penes curiam: et procedi ad venditionem illorum: et de precio eorum satisfieri de omni illo quod legitime constiterit deberi: simul cum expensis. Si vero fuerint pecunie: mandare duci et restitui:

¶ Si vero ille, cuius sunt bona, intra triginta dies computandos a die notificationis sibi, seu procuratori suo etiam ad lites, facte pro parte emparantis non autem alterius, non firmaverit emparamento ppter eius negligentiam iuxta forum. 1. titu. de rerum testatio. fol. 5. als. fol. 6. et iuxta obser. Item de consuetudine, titu. de rerum testatione, fol. 3. als. fol. 4. poterit emparans firmare, dando fideiussorem de riedra in qua quidem iurisfirma debitum suis exprimet articulis, et petet recipi

iurifirmam: et ipsius virtute restitui sibi bona. Et si non fuerint pecunie, mandare vendi: et de precio eorum satisfieri sibi, de eo quod constiterit esse sibi debitum. Commodius enim est parti, cuius sunt bona, quod vendantur: quam ut emparans penes se retineat usufructum, donec sibi solvatur. Debite ergo et iuxta forum, pars emparans propter negligentiam illius, cuius sunt bona, per lapsum triginta dierum offeret apte in scriptis firmam, et petet citari partem, quatenus veniat ad offerendum rationes, quare iurifirma non debeat admitti, constituto de contentis in eadem. Qua citata facie ad faciem et suo casu pignoratata, et pignore reportato petetur reputari contumacem, et in eius contumacia mandare se in formari super contentis in iurifirma, qua informatione ministrata, cum constet: petetur recipi iurifirmam. Si vero contra iurifirmam rationes offerantur: procedetur summam, et assignabitur utriusque parti tempus competens ad probandum, et contradicendum.

De firmarum diuersitate, et primo de firmis grauaminum factorum iuxta foros antiquos.



Firmarum alie sunt grauaminum factorum, alie vero faciendorum. Rursus grauaminum faciendorum alie sunt possessorie, alie executionem impediennes. Impediennium item executionem alie sunt (ut dicitur) priuilegiarie: alie vero cum liquis causis. Firmas autem grauaminum factorum si causa oriatur ex contractu confecto ante foros Salata ubi, prosequimur iuxta for. incipi. Quotiescumque coram iustitia, de firmis iuris, fol. 157, als fol. 8, 9, iuxta quem forum tenetur firmans in

Methodus procedendi

fra quindecim dies, a die assignationis computandos, in curia iustitię Aragonum facere fidem de grauaminibus allegatis. Postea vero procedetur summam, et est renunciandum et cōcludendum in causa. Debitē ergo et iuxta forum in curia iustitię Aragonum, iudice a quo et parte citatis, offeremus iurisfirmā in eadem omnia grauamina nobis illata specificē exprimentēdo. Et petemus assignari ad faciendum fidem de grauaminibus allegatis, et assignabuntur quindecim dies, et facta probatione et publicatione, assignabuntur alij quindecim dies alteri parti, et deinde poterunt partes cōtradicerē: si voluerint. Et factis probationibus et publicationibus, super contradictorijs assignabitur ad renunciandum, et cōcludendum in causa. Et causa renunciata, seu habita pro renunciata, et conclusa petetur diffinitiuē pronunciarī, iuxta quem forum antiquū nulla tradita est forma in representatione faciēda per firmantē: nec vllum tempus p̄fixum, hodie tamen tradita est per for, incipi. Querentes deuidamente, titu, de firmis iuris, fol. 138, als fol. 242. Antiquitus tamen solitum fuisse procedi arbitro, sub forma sequenti. Presentata enim iurisfirma in processu, is contra quem erat firmatum, protinus comparebat in curia iustitię Aragonum, in processu dicte firme: et citabatur pars, ad illam prosequendam. Qua vocata, facta fide de presentatione firme, assignabatur firmanti ad se representandum cum copia processus, quem iurisfirma impedierat, et assignabatur sex dies: sicut in appellatione est receptum: de qua infra dicetur. Que pars si non se representabat: tollebatur inhibitiō iurisfirme, q̄ omnia videtur innuere forus incipiens. Multoties accidit, de fir, iuris, fol. 139, als fol. 139.

De firmis grauaminum

factorum iuxta forum
Calataiubij.



Irmas vero grauaminum factorum, si causa de-
 pendeat ex contractu confecto post foros & ala-
 taiubij, prosequimur sub forma sequenti. Firmans
 a die factę primę electionis prosecutionis iuris-
 firme, infra viceſimum diem tenetur se represen-
 tare, cum copia integra processus iudicis a quo: seu instrumen-
 to publico sententię, & electionis iurisfirmę, & presentationis ip-
 sius: si fuerit presentata in dicto instrumento, calendarium dic-
 te iurisfirmę apponendo, & obtinere literas testimoniales, que
 presentabuntur dicto iudici a quo: & inferentur in processu prin-
 cipali: vt habetur in foro predicto. Querientes deuidamente,
 de firmis iuris fol. 138. als fol. 242. Debite ergo & iuxta forum
 cum copia processus, seu instrumento publico predicto, nos re-
 presentabimus in curia iustitię Aragonum: petentes haberi
 pro representatis, & concedi literas testimoniales. Quibus cõ-
 cessis, ad demonstrandũ, qd nos iuxta forum representauimus:
 faciemus fidem in processu iudicis a quo, de dictis literis testi-
 monialibus, que forma si non fuerit seruata: haberetur electio
 iurisfirmę pro deserta. ijs autem seruatis, est procedendum in
 grauaminum prosecutione, iuxta for. incipi. Querientes dar
 buena expedicion, de firmis iuris. fol. 138. als fol. 207. iuxta
 quem tenetur firmans, intra sexaginta dies a die dicte primę
 electionis computandos, per firmam, aut cedula, semel, aut
 pluries, omnia grauamina sibi illata in specie deducere, proba-
 re & publicare, aliter ratio non haberetur. Nunc autem nostris
 temporibus consueuerunt dicta grauamina solum in cedula
 exprimi: & non cũ firma, quamuis sine firma non sint prosequi-
 bilia. In qua quidem cedula grauaminum licebit, non allegata
 allegare: allegata vero & non probata, nõ licebit deducere: nec
 de ijs haberetur ratio: etiam si deducantur. Si tamen firmas
 nil de nouo deduxerit: is contra quem est firmatum, non pote-
 rit aliquid de nouo deducere. In causa tamen apprehensionis,
 ex actitatis veluti in causa appellationis est iudicandum. In-
 tra predictos igitur sexaginta dies, obtinebitur mandatum.

Methodus procedendi

contra notarium iudicis a quo, vt nobis det copiam processus principalis. Quo reportato, debitas facientes diligencias contra notarium, nunc petentes pignozari, nunc repignozari, et tandem suspendi, et etiam mādare procedi ad captionem ipsius persone, et interim protestabimur, q̄ predictum tempus sexaginta dierum non currat: cum facto notarij impediamur. Dum enim sumus impediti (vt dicitur in dicto foro Querientes) tempus ad exprimenda grauamina, probandum, nec publicandum, non currit. Sed notarij iudicum a quibus, solent petere tempus ad extrahendum copias processuum, et solet eisdem tempus competens concedi, et dictum tempus non currit firmanti. Dicti tamen notarij non possunt petere tempus, nec illis potest concedi, nisi id petant in propria persona, aut per procuratorem habentem speciale mandatum, vide forum, 2. titu. de edendo fol. 39, als fol. 280. Infra predictum igitur tempus habita copia processus, petemus reintegrari tempus: per quod facto iudicis et notarij, fuerimus impediti: et reintegrabitur. Et cum his, debite et iuxta forum, non recedendo ab alia oblatione iuriffirme, firmabimus etc. Et exprimentes grauamina, de quibus in eadem fit mentio, offeremus cedulam grauaminum, facientes productam large etc. Et in modum probationis faciemus fidem de processu mandati, et presertim de reintegratione temporis, et de processu representationis, et etiam de copia integra processus iudicis a quo: nisi fuerit firmatum per viam ritus in causa incepta in curia iustitie Aragonum. tunc enim (vt habetur in foro incipi. Assi mesmo, de firmis iuris, fol. 138, als fol. 285) sufficet facere fidem de copia enā tamentorum factorum in Regia audientia. cum iā processus originalis sit penes curiā iusti. Arago. Quando vero integra copia requiritur: posset impugnari, si notarius non diceret, se a toto originali processu illam extraxisse. Pars vero cōtraria oblata cedula grauaminum, petet imprimis nullam esse habendam rationem de contentis in ea, quo ad ea que deducta, et allegata, et non probata fuerunt in causa principali. Et si causa fue-

rit apprehensionis : pronunciari nullam esse habendam rationem quo ad ea que de nouo deducuntur. Cum in causa apprehensionis nil liceat deducere de nouo. Et probatis predictis grauaminibus, factaq; publicatione, currunt alteri parti quadraginta dies, a die publicationis computandi : ad dicendum, proponendum et allegandum, probandum et publicandum: quicquid voluerit. Quare ad ostendendum et demonstrandum, qd iurisfirma per partem contrariam obtenta et presentata, est reijcienda et repellenda, debite et iuxta forum dicendo, proponendo et allegando, et nostras defensiones offerendo, offeremus cedula. Meminerit autem procurator firman-
tis, qd si per eum nihil fuerit deductum de nouo, petat ante omnia, nullam esse habendam rationem de contentis in cedula, quo ad ea que de nouo deducuntur : cum pro eius parte nihil de nouo fuerit allegatum. Et facta publicatione currunt firmani viginti dies, ad contradicendum, probandum et publicandum. Et facta publicatione, sunt prefixi alij viginti dies alteri parti, ad recontradicendum, probandum et publicandum. In quibus quidem contraditorio et recontraditorio, nulla alia admittentur: nisi solum et dumtaxat que concernunt obiecta personarum testium et instrumentorum, non obstantibus verbis dicti fori ibi, lo que querra, et hoc ex stylo, usu et praxi. Qua vltima publicatione facta causa habet pro renunciata et conclusa, et iudices (vt habetur in foro penulti, de appellatio, fol. 143. als. for. 1. fol. 285) tenentur pronunciare infra id tempus, infra qd iudices a quibus, in definitiuis sententijs tenentur. Qui quidem iudices, si fuerit peritum: vbi sententia fuerit iniuste plata, vt innuit for. For. enitar circuitos, de officio iusti. Arago. fol. 24. als fol. 162, poterunt eandem sententiam reformare. Qua sententia lata, repulsaq; iurisfirma, concessisq; de predictis literis, et eis iudici a quo presentatis et notificatis, procedetur priuilegiate, ad executionem sententie iuxta for. 1. de executio, rei iudica, fol. 134. als fol. 208. Que procedunt in causis maioribus, excedentibus quantitatem biscentum solidorum, et etiam

Methodus procedendi

in minoribus causis, quando causa ducitur in loco ubi curia iusti. Arago, non residet. Si vero causa fuerit minoris quantitas; non excedens summam ducentorum solidorum, et ducatur in loco ubi curia iusticie Arago, residet, ut disponitur in foro ultimo de appella. fol. 143, als fol. 283, ad prosecutionem iurisdictione non oportebit, copia ipsius memorialis extrahere, sed poterit duci cum memoriali originali, quo casu tenemur nos in curia iusticie Arago, cum memoriali originali, infra viginti dies, a die electionis computandos, representare. Et habitis pro representatis, loco literarum testimonialium obtinebimus chartellum, manu notarii representationis subscriptum, et intimabitur infra predictum tempus viginti dierum iudici a quo, quod etiam est reportandum, in curia iusti, Arago, infra predictum tempus; als haberetur electio pro deserta. Infra ergo predictum tempus obtinebimus chartellum mandati contra notarium; quatenus ducat originalem processum, contra quem facientes debitas diligentias, protestabimur, quod non currat nobis predictum tempus. Quo memoriali ducto, et facta representatione cum eodem, et reintegratione temporis, et intimatione representationis iudici a quo, exprimentur gravamina, sicut supradictum est. Et predicta, que de causis summaris dicta sunt; extenduntur ad causas etiam non excedentes trecentum solidos, ut habetur in foro incipi. Otrou que como, de iudicijs, fol. 46, als forus editus Montisoni anno, 1547. Si vero causa coram iudice a quo fuerit facta sine processu; fiet mandatum contra iudicem, quatenus eat ad faciendam relationem. Et facta relatione medio iuramento, cum eadem tanquam copia processus, prosequemur gravamina ut superius est dictum. Et dicta que diximus, sunt que tangunt formam processus gravaminum factorum, iuxta forum antiquum, et novum Calata iubij. De modo autem firmandi, et faciendi electionem iurisdictione, dictorum gravaminum dicemus inferius, in appellationis materia; que quodammodo huic est finitima.

De processu grauaminum faciendorum.



Firmas grauaminum faciendorum, executionem impediens, etiam priuilegiatas, si causa dependeat ex contractu confecto post foros Calata iubij, prosequimur iuxta forum incipi. De voluntate de la cort, ti. de firmis iuris fol. 158. als fol. 208. Parte enim vocata et citata, in iudicio presente et seu contumace, seruando formam fori de in ius vocando, is contra quem est firmatum, iuxta dictum for. infra sexagesimum diem, ad repulsionem iuris firme, tenetur facere fidem de casu manifesto: probare et publicare. In dicto igitur processu iuris firme, et seu facta inuestigatione de eadem et non reperta, ubi fuerit mandatum procedi in copia, uti in firma originali, citata parte ut dictum est, ad demonstrandum quod firma partis contrarie est repellenda, faciendo fidem de casu manifesto, offeretur cedula, et facta probatione et publicatione, currunt firmati alij sexaginta dies, ad se defendendum: et dictum casum manifestum eneruandum: probandum et publicandum. Firmans igitur iuxta for. ad ostendendum, quod eius firma sit recipienda: dicendo, proponendo et allegando, ad confutandum casum manifestum, offeret cedulam. Et facta probatione et publicatione, currunt illi, contra quem est firmatum, viginti dies, ad contradicendum, probandum et publicandum. Qua publicatione facta, sunt prefixi alij viginti dies alteri parti, ad recontradicendum, probandum et publicandum. Et facta vltima publicatione, causa habetur pro renunciata et conclusa, in quibus contradictorio et recontradictorio, non admittentur alia, quam obiecta personarum testium et instrumentorum, prout diximus supra in iuris firma grauaminum factorum. Qua firma grauaminum repulsa (ut statuitur in foro vnico de executionibus non impediendis, fol. 137. als fol. 130) est procedendum in executione, non obstante firma re-

Methodus procedendi

lecta. et etiam non obstante alia iurisfirma grauaminum facien-
dorum. nec inhibitione in vim illius subsecute: nisi in literis iur-
isfirme, obtentis post prouisionem iurisfirme repulse, fiat mentio
iudici firmam prouidenti, fuisse factam promptam fidem de re-
bus et exceptionibus, legitime impediētibus executionem. Si
vero causa oriatur ex contractu confecto ante foros Calatau-
bū: parte citata, ad prosecutionem et repulsionem iurisfirme, pro-
cedetur summam, hincinde rescribendo: si partes obligate
steterint. Si vero non steterint: non erit commodum parti,
contra quam firmatur, agere ad repulsionem, cum firma eo ca-
su semper recipi deberet. sed agere debet via ordinaria: pro qui-
bus facit obser. penultima de pignozibus, que in hoc casu fuit
nostris temporibus recepta.

De processu fir- me priuilegate.



Firme priuilegate executionem impediētes, olim
(vt sepius audiui) nullum habebant exitum. sed
eis concessis, tantum poterat agi ad reuocatio-
nem. a quarum confirmatione, aut reuocatio-
ne, nec alterius iurisfirme, vt statuitur in for.
incipi. De voluntad dela cort declaramos, de offi. iusti. Arago.
fol. 23. als fol. 162, non licet appellare. Hunc autem nostris te-
poribus receptum est usu, posse agi ad repulsionem iurisfirme pri-
uilegate: in cuius prosecutione proceditur iuxta dictum for. De
voluntad dela cort statuimos, ti. de firmis iuris, fol. 138. als
fol. 208. Que firma ideo priuilegiata nuncupatur: quia contra
executionem priuilegiatam obtinetur, uti sententiati censua-
lis, sententie arbitralis laudate, sententie late in causa crimi-
nali et similia. In quibus firmis priuilegiatis (vt innuit for.
unicus de censualibus et alijs debitis, fol. 111. als fol. 108, ubi

dicitur, los quales albaranes, carta publica, processo, o copia se faziente etc.) debent instrumenta originalia penes curiam remanere. Quo fit, vt in fine dictarū fir marum, soleat dici per procuratorem, q̄ placet sibi, quatenus instrumenta originalia de quibus in dicta firma fit mentio, penes curiam iuxta forum remaneant.

De firmis possessorijs,

Firmas possessorias, si causa est antiqua, ante for. Calataiubñ: prosequimur iuxta for. incipi. Ad nostrum peruenit auditum, sub titu. de apprehensio. fol. 85. als sub titu. de ordine cognitio. fol. 87. et iuxta obseru. Item nota, et sequen. de fidei iusso. fol. 13. als fol. 17. iuxta quem for. et obser. et alios foros et obseruantias proceditur modo sequenti.

Obtentis literis iurisfirmę, quę (vt dicitur in obseruan. 1. de citatione, fol. 8. als fol. 10.) resoluuntur in citationem, si inhibitus fuerit deprehensus, oblata iurisfirma, facta assignatione ad offerendum rationes, si eas non obtulerit, recipietur iurisfirma, si vero non deprehendatur, sed in domibus presentetur, vt firma recipiatur: requiritur pignozatio, et pignozis reportatio, vt statuitur in foro. 1. de contumacia, fol. 41. als fol. 47. et etiam in foro vnico de in ius vocado, fol. 40. als fol. 85. Quę quidem firma si post prolationem litispendentię afferatur poterit offerri, corā procuratore partis contrarię, ex determinatione et vsu ea non citata, et etiam si procurator allegauerit, non teneri facere partē, pronuntiabitur teneri: cum vna et eadē causa dicat. et assignabitur eidem ad offerendū rationes. Et facta assignatione ad offerendū rationes, si nō offerant, recipietur iuris

Methodus procedendi

firma, si vero offerantur rationes, illarum loco offertur iurisfirma. Quibus firmis oblatis tunc partes in iudicio possessorio contendere dicuntur. Postea vero assignabitur partibus ad contestandum tempus fori, prius tamen quam assignetur ad contestandum, poterunt interponi exceptiones, veluti in processu civili, ut superius dictum est, videlicet ad exhibendum, ad rescribendum contra exhibita, ad querendum instrumenta &c. Et tandem assignatur hincinde partibus ad contestandum. Notandum tamen quod pena apposita in foro incipi. Proout sub ti. de litibus abbreviandis fol. 47. als. 79. in non contestando non est sublata quo ad firma iuris per for. 1. de litis contestatione fol. 49. als. 84. nec per alios foros. Et contestationibus oblatis & facta pronuntiatione, qua pronuntiabitur esse sufficienter contestatum, assignabitur hincinde partibus ad probandum contenta in propositionibus & cedulis contestationum. & assignabuntur tres ordinarię prorogationes: veluti in processu civili. Quibus probationibus ac publicationibus factis per ipsas partes, assignabitur hincinde ad contradicendum. Quibus contradictorijs oblatis, & facta pronuntiatione, qua pronuntiabitur, esse oblata tempore competenti, & in eisdem esse talia, que sint probanda: assignabitur ad probandum contenta in predictis contradictorijs. Quibus probationibus & publicationibus factis, assignabitur partibus ad dicendum, proponendum & allegandum, & deinde ad renunciandum & concludendum. Quo negotio renunciato, seu habito pro renunciato & concluso, petetur definitiue pronunciarı. Qua pronuntiatione facta, & recepta propositione firme vnius partis, mandabitur mitti in possessionem: & concedetur inhibitiõ de preçiso. Et nota quod iuxta predictum hunc modum proceditur, quando agimus contra aliquem alienigenam, ne vtatur aliquo officio, vide for. vnicum quod extraneus a Regno fol. 37. als fol. 103. in fine. Si vero causa sit noua, videlicet post foros Calataiubi, est prosequendum iuxta for. incipi. For dar breue expedicion, de fir. iuris fol. 140. als fol. 206. in quo late penuntur termini. Et

secundum dictum forum, est procedendum in quibusvis cau-
sis caballeriarum, vt in fine dicti fori dicitur, ver. Queremos
que las ditas cosas &c.

De prosecutione firme tertij.



Notiescunq; executioni sententię presentatur ali-
qua firma tertij iustitię Aragonum, est prosequē-
dum per for. 7. de oppositione tertij fol. 141. als
fol. 122. Qui forus (vt prescribitur in foro vlti-
mo eiusdem tit. edito Montiloni eodem fol. als
fol. 283.) extenditur etiam ad prosecutionem firme tertij exe-
cutioni contractus, seu obligationis, presentate. Qui tertius
iuxta predictum. i. forum tenetur & debet infra viginti dies, a
die presentationis firme referēdos, facere fidem in curia iusti-
tię Aragonum de iure ac interesse suo in processu a quo ema-
nauit executio: si ab eadem curia predicta executio processit.
Sin autem ab alia, in processu iurifirme, a quo fuerit profecta
inhibitio iurifirme parte presente aut per legitimam contu-
maciam absente: si reperiat in loco vbi curia iustitię Arago-
num resideat. Sin autem pars, aut eius procurator, qui talem
executionem instauit, in predicto loco non reperiat: predi-
cta sunt illi notificanda infra octo dies. Presente ergo pro-
curatore, qui talem instauit executionem, in iudicio, aut citata
parte, seu eius procuratore, in eorum contumaciam, debite et
iuxta forum, & intra tempus fori de oppositione tertij, in eo-
dem processu, a quo emanauit executio, & suo casu in processu
iurifirme, seu copia ipsius, in qua facta inuestigatione de fir-
ma originali mandabitur procedi, tanq; in firma: offeremus
cedulam, seu verbo faciemus fidem de iure infra predictum tē-
pus. Si vero pars que instauit executionem seu eius procura-
tor, non reperiantur in loco, vbi curia iustitię Aragonum resi-

Methodus procedendi
de: facta fide de iure et interese petetur, mandare intimari: et
litteras concedi, que intimatio est facienda intra octo dies.

De processu inventarij.



Appellitus inventarij prouidetur ad solam partis
assertionem, violentiam allegando. In cuius obla-
tione per offerentem appellitum est iurandum,
ipsum credere, dictum appellitum atque inventa-
rium esse verum. Ante cuius prouisionem sunt
duo fideiussores offerendi: aliter dictus appellitus reuocare-
tur, vt habetur in for. penultimo titu. de manifestationibus et
inventariationibus, fol. 64. als fol. 243. Inventariationis
autem executio cum fiat ad iuris conseruationem, pretextu iu-
risfirme impediri non potest. Quo inventario facto, si ille pe-
nes quem bona reperiuntur fideiussores obtulerit, sunt illa si-
bi tradenda, vt innuit for. vltimus de manifestatio. et inventa-
riatio, bo. fol. 64. als fol. 117. nisi inter dicta bona libri, seu scri-
pture reperiantur. Ille enim (ne deleantur) statim ad iudicem
sunt ducende, et concedetur visura partibus: et detinebuntur
penes curiam, donec per sententiam adiudicentur. In proces-
su autem inventarij duobus modis potest procedi: vno mo-
do iuxta for. antiquos. Juxta quos assignantur sex dies par-
tibus se opponentibus, ad offerendum propositiones, et in
contumaciam non offerentium precludetur illis via per iu-
dicem propositiones offerendi. Et oblatiis propositionibus
hincinde rescribitur vsque ad satietatem, summam proceden-
do. Deinde assignabitur ad probandum, veluti in processu ordi-
nario, et factis probationibus et publicationibus, assigna-
bitur ad contradicendum, oblatisque contradictorijs, factisque
probationibus et publicationibus, petetur diffinitive pro-
nunciari.

Altero vero modo poterit procedi iuxta forum, 2. de rei vendi. fol. 53. als fol. 203. Aduertendum tamē, q̄ in manu primam propositionē offerentis est causam iuxta quos foros velit prosequi; dūmodo (vt sepius dictum est) in dicta propositione electionem fecerit. als censeretur electa via procedendi iuxta dictum for. 2. de rei vendicatione.

De processu super inventario contra mer- catores fallitos.



Mercatores falliti possunt accusari et puniri, et accusantur vt latrones, et etiam sunt ipso facto officijs priuati, vide for. 1. de los mercaderes alca/dos, fol. 117. als fol. 272. et for. 2. sub eodem tit. et eodem fol. als sub ti. de mercatoribus deficientibus, editum anno. 1547. Et iuxta dictum for. 1. de los mercaderes, possunt mercatoris bona per iudices cum inventario occupari ex suis meris officijs; et ad instantiam cuius intererit. Fallito igitur mercatore, volens inventarium obtinere, offeret appellitum; in eo deducendo debitum, et dicendo mercatorem defecisse, et dicto appellitu iurato, prestitis fideiussoribus et probatis predictis, mandabuntur bona occupari et inventariari, dicti mercatoris falliti. Et occupatis dictis bonis, in dicto processu procedetur quemadmodum in processu inventarij, quo ad formam procedendi; offerendo propositiones; et in eisdem deducendo debita et defectum mercatoris, et petendo pro debitis mandare vendi bona.

De processu venditionis specialis obligationis.

Methodus procedendi



Quandocumque aliqua bona sunt affecta, seu specialiter obligata, seu habita pro specialiter obligatis: si velimus ut ad venditionem specialis obligationis procedatur: poterit duobus modis procedi: si causa dependeat ex contractu confecto post fo 2. Calataiubij. vno modo iuxta fo 2. 2. de rei vendicatione, fol. 133. al's fol. 203. Altero vero iuxta fo 2. antiquos. est tamen in manu agentis, iuxta quos foros velit causam prosequi: dummodo in prima propositione seu petitione id elegerit: que electio si facta non fuerit, causa ipso foro habetur pro ducta iuxta dictum fo 2. 2. de rei vendi. et non licebit diuertere. Tamen est advertendum, quod iuxta fo 2. antiquos poterit dupliciter procedi: ubi enim partes obligate existunt, id est viuunt, et aliqua per testes non sunt liquidanda et examinanda extra instrumentum, ut habetur in obser. penulti. de pign. fol. 3. al's fol. 3. agitur summarim: propositionem offerendo. Si vero partes obligate non existant, aut aliquid extra instrumentum est liquidandum, offerenda est petitio recte concludens: et procedendum via ordinaria: ut in processu ordinario. de quo abunde satis dictum est superius.

De processu summario

venditionis specialis obligationis iuxta fo 2. antiquos.



Arte ergo citata, et suo casu pignozata, et pignozate reportato: si facie ad facie deprehensa non fuerit, oblata propositione et facta assignatione ad offerendum rationes, et ea notificata si pars non comparuerit, nec rationes aliquas obtulerit, etiam lite non contestata, ut innuit obseru. Item nota de pignozibus, fol. 2. al's fol. 3. et obser. 2. de contumacia, fol. 28. al's fol. 36. et obser. Item illud, de reru testatio, fol. 3. al's fol. 4. facta fide de obliga,

rione et inclusione, procedetur ad venditionem rei affecte. Si vero
 rationes offerantur, procedetur summam ut in processu inue-
 tarij. Et deinde lata sententia qua mandabitur procedi ad
 venditionem rei obligate, seruabitur in venditione sequens so-
 lennitas, ut dicitur in obser. Nota etiam, de pign. fol. 2. als fol. 3. et
 in obser. Item nota quod ubicunq; s. propter commandam, de
 concumacia, fol. 28. als fol. 37. et in obser. Item si res, de emp. et
 vendi, fol. 12. als fol. 16. et in foro incipi. Sepe contingit, de pig.
 fol. 145. als fol. 3. et in foro cum aliquis miserit in pignus, eode-
 m. fol. 147. als fol. 5. videlicet si bona fuerint mobilia, sunt pre-
 conizanda per decem dies: si sedentia, per triginta, in quibus
 diebus non enumerantur dies initij venditionis, dominici, bea-
 te Marie nec apostolorum. Quibus elapsis, fiet relatio per cur-
 sorem de predicta preconizatione, et quantum inuenerit. Deinceps
 vero successive dantur pro inducijs tres almonete, et tres pro-
 rogationes de die in diem: et in vnaquaque denuntiabitur pre-
 cium quod reperitur. Postea vero significabuntur parti almo-
 nete et pro rogationes, et citabitur ad audiendam tranquam seu ve-
 ditionem bonorum faciendam, qua vocata, illaque semel de gra-
 tia expectata, mandabuntur bona vendi: illaque vendentur ma-
 ius precium offerenti cum moderatione solita ex usu et regni con-
 suetudine introducta. Que tranquam et venditio cum dicta mode-
 ratione, notificabuntur parti: et moderationis tempore preteri-
 to, mandabitur duci precium penes curiam, quo adducto satis-
 fiet agenti: et si quid inde superfuerit restituetur obligato. Si ve-
 ro precium non sufficiet ad debitum, pro residuo fiet executio
 in bonis, in quorum bonorum venditione nulla fori solenni-
 tas seruabitur: neque predicta solennitas est seruanda in execu-
 tione et venditione bonorum capleuatoris bona non restituen-
 tis: nec quando fit executio pro iuribus Regis, nec pro salarijs
 aduocatorum, procuratorum, nec notariorum. Et si bonorum
 venditorum primus emptor precium subterfugerit soluere, ven-
 dentur bona ipsius periculo. et si defuerit in secunda venditio-
 ne, pro omni illo quod defuerit, fiet executio in bonis dicti pri-

Methodus procedendi

in emptoris, in qua solemnitas aliqua non seruabitur. Que omnia concernentia solemnitatem predictam, seruabuntur in quacūq; alia executione et venditione bonorum, que fieri debeat mandato iudicis in predicto vel alio quocūq; processu.

Precio ergo bonorum sedentium penes curiam per emptorem ducto, conceditur sibi per iudicem curie venditio: et mandatur in possessionem bonorum mitti. Qua venditione facta ut disponitur in obseru. 2. de prescriptio. fol. 7. al. fol. 9. si illi quibus per instrumentum fuerit notificata, per annum et diem in re vendita iudiciale[m] controuersiam non mouerint, ius quod in re habuerint, ipsis prescribetur. Et etiam si facta venditione, ut aperte statuitur in for. 2. de oppositione tertij, fol. 14 1. al. fol. 12 2. illa fuerit preconio notificata in loco ubi fuerit facta, et ubi fuerit res sita, si tertius ius efficaciter habens eo tempore, ad petendum in re vendita per annum et diem emptori aut possessori controuersiam iudiciale[m] non mouerit, elapso anno ius sibi competens omnino prescribetur: nisi probaret se tempore preconiorum, et deinceps per octo menses sequentes, fuisse absentem a locis ubi dicta preconia fuerint facta.

De processu venditionis pignorum.



Cotiescūq; aliqua bona nobis fuerint pignori data, si uouerimus ut ad venditionem illorum procedatur, poterit agi iuxta for. antiquos, et iuxta for. 2. de rei uendicatione, est tamen in manu agentis, ut sepius est dictum, iuxta quos foros duci causam uouerit: dummodo in prima propositione electionem fecerit. Iuxta igitur foros antiquos, proceditur parte citata iuxta forum de in ius uocando: oblata propositione, assigna-

bitur conuento ad offerendum rationes: quas si non obtulerit, petetur per agentem admitti ad iurandum, quid sibi debeatur super pignoribus: que rationes si non offerantur admittetur. Et facta pronuntiatione qua pronuntiabitur esse sufficienter responsum, petetur per agentem condemnari conuentum in re sponfis: et mandare procedi ad venditionem pignorum. Que vendentur cum solennitate, de qua diximus in processu venditionis specialis obligationis. Si vero rationes offerantur, procedetur summarim.

De processu diuisionis bonorum.



Cito pacto pre-mortua uxore aut viro, bona communia inter heredem et superstitem, et etiam ubi mortuo altero ex coniugibus, superstes ad secundas nuptias seu tertias conuolauerit: inter heredes predefuncti, et filios ex secundo seu tertio matrimonio procreatos, bona diuidantur: videatur repertorium in verbo diuissio, et videantur obseruantie in ti. de iure dotium, et in ti. de secundis nuptiis, et alij fori atque obseruantie, in quibus de hac materia latissime tractatur. De his enim nihil in presentia dicemus, sed solum formam, ritum ac modum procedendi quod est nostri instituti breuiter annotabimus. Ubi ergo aliqua bona inter aliquos erunt communia: si partes coram iudice se conuenire non poterunt, facto inuentario iuxta forum, ut supra in processu inuentarij diximus, poterit duobus modis procedi. Altero iuxta, et for. sepe dictum, de rei uedictio. altero modo iuxta foros antiquos: iuxta quos procedetur per inde ac in dicto inuentarij processu. In cuius processu propositione petemus bona esse diuidenda, et ad id eligi iudicem partitionum. Et sententia lata, bona per dictum iudicem nominatum inter partes iuxta sententiam diuidentur.

Methodus procedendi

**De diuisione
terminorum.**



Circa terminorum diuisiones sunt premissenda sequentia. Primo quod quotiescunque super metis et aliquorum terminorum confinibus oritur controuersia: dominus Rex etiam inquirendo per se seu commissarios nominatos, potest predictos terminos metiri, et suis terminis eos distinguere et collocare, ut aperte hec notantur in foro unico finium regundorum, fol. 59. als fol. 18. et in obser. nota quod tres. ti. de foro competenti, fol. 7. als fol. 9. et in obser. si. dicti ti. finium regundo, fol. 12. als fol. 16.

Si super confinibus terminorum agatur, utriusque parti est assignandum ad probandum, ut traditur in obser. Item si duo, de probationibus fol. 8. als fol. 10.

Per commissarium nominatum prestandum est iuramentum partibus presentibus, aut altera earum de seruando foros et libertates Regni, et hoc penes notarium acta recipientem, ut traditur per for. 1. de iuramento prestando, fol. 38. als fol. 57. in fine.

Istis precognitis facilis erit modus procedendi, ubi enim inter vicinos aliquarum villarum super metis seu confinibus terminorum fuerit contentio: altera ex partibus comparebit coram Regente cancellariam in personam domini Regis seu eius locumtenentis generalis, offerens supplicationem in qua narrabitur esse dominam alicuius termini, illum designando et propter antiquitatem confines talis termini esse in confuso, et super illis esse controuersiam, idcirco supplicabitur committi alicui persone seu personis, qui suis confinibus metis et terminis metiantur et distinguant predictum terminum a terminis cir-

cum vicinis. Quae quidem supplicatione oblata facta prout
 sione decretisq; literis necessarijs ille presentabuntur delega-
 to iudici. Quae quidem commissio acceptata, et electo notario
 ad acta conficienda, prestatoq; iuramento per dictum comissa-
 rium penes notarium acta conficientem, ad instantiam vnius
 partis decernentur literae citatoriae aduersus partes contrarias,
 vna cum insertione commissionis et designatione loci vbi est dif-
 ferentia et contentio, quatenus eant ad offerendum rationes
 quare predicti termini non sint diuidendi. Quibus citatis obla-
 tisq; hincinde cedulis per partes, super suis pretensionibus, as-
 signabitur vtrique parti ad probandum et publicandum. Quibus
 probationibus et publicationibus factis, oblatisque contradicto-
 rijs, si voluerint petetur definitiue pronunciari. Et vbi fuerit
 prolata sententia, et mandatum dictum terminum suis designa-
 ri limitibus certis ac confinibus, predictus iudex dictam sen-
 tentiam exequendo, personaliter accedendo aut per officialem
 ad id nominatum, terminabit ac apponet metas et terminos si-
 ue vt vulgo dicitur mojones seu fitas in dictis finibus dicti ter-
 mini, per quos eundem esse terminandum declarauerit.

De processu super reparatione

septi siue acuti et fossae incilis siue
 cequiae in termino alieno.



I quis in termino alieno ab antiquo habuerit
 acutum seu cequiam, si diruantur poterunt re-
 parari ac reedificari et in totum mutari, si in eo-
 dem loco commode construi non possint, facta
 domino termini satisfactione terre, cuius pro dicta
 constructione occupabitur iudicis arbitrio tar-
 randa. In qua quidem reedificatione et constructione procedet
 summatim, vt habetur in obser. 1. finium regundorum, fol. 12, als
 fol. 15, et in obser. 2, et in obser. Item obseruatur qd si acutum, cum

Methodus procedendi

obser. sequentibus de aqua pluuiali arcenda fol. 25. al's fol. 32.
Oblata igitur supplicatione coram iudice cōpetenti, in qua deducetur situs ab antiquo dicti acuti et cequie, et ipsius ruina ac destructio, supplicando declarari teneri dominum termini addandum locum ubi predicti acuti siue cequie cōstructio fiat, et eligi aliquem in commissarium ad recognoscendum et videndum et reparandum predictum acutum siue cequiam, et taxandum terram que occupabitur, cum sit pars preesto ac parata estimationem ac valorem taxandum soluere: et concedi dicto commissario plenam potestatem in premissis cum incidentibus. Qua supplicatione oblata mandabitur imprimis vocari partem qua citata procedetur summam hincinde per partes rescribendo. Qui processus cum executione sententie est priuilegiatus, vt notatur in foro titu. de seruitutibus aque, fol. 56. al's fol. 159. Et nota ex proxime allegato foro, qd ubi agitur super possessione aut proprietate tenendi acutum et cequiam in termino alieno, aut accipiendi aquam et cum illa rigandi suas hereditates, potest procedi etiam summam, et processus est priuilegiatus.

De processu super deposito.



Acto deposito coram iudice iuxta for. 5. ti. de deposito, fol. 110. al's fol. 184. iudex depositum duci mandabit penes administratores generalitatum Regni Aragonum, et suo casu Regni Thesaurarii, cū expressione cause seruando formā for. 1. ti. de depositis ductis ad posse curie, fol. 110. al's fol. 101. Et oq; partibus notificato, ad demonstrandum qd predictum depositum est liberandum procedetur summam hincinde rescribendo. De quibus depositis cōplures sunt processus in curia iusticie Aragonum. Causa tamen depositi euocari nō potest, neq; de

positum manifestari. Et omnis plurimis causis propter quas expedit depositum facere, duo traduntur per obser. Regni casus, in quibus commodum est facere depositum. Quorum alter est iuxta obser. i. tit. de deposito, fol. 12. al's fol. 16. Quando cum quis offerre voluerit pecuniam alicui, in qua pro aliquo facto teneatur: et ille eam accipere recusauerit. Alter casus est iuxta obser. Item vbi aliquis, de penis, fol. 27. al's fol. 35. quando quis tenetur aliquam pecuniam certo die soluere sub certa pena: si penes debitorem pecunia illa fuerit testata ante aduentum diei, vt pena euitetur est faciendum depositum.

De processu super extractio ne instrumenti.



V forma procedendi in extrahendis instrumentis facilius intelligatur, sequentia fundamenta ex foris et obseruantijs desumpta sunt prenotanda.

Si instrumentum debiti reperiatur scissum penes debitorem, non debet per notarium reparari, seu in publicam formam extrahi: licet creditor voluerit iurare sibi raptum fuisse, ad quod vide obser. Item nota qd secundum obseruantiam, et obser. de consuetudine regni, sub titu. de fide instrumentorum, fol. 10. al's fol. 13.

Si quis amiserit instrumentum debiti, si iurauerit se amisisse, neqz penes se esse, nec petere malitiose reparari, est extrahendum in formam, vocato illo cuius interesse ex nota constiterit, videatur obser. Item si quis perdat, eo. i. r.

Si instrumentum fuerit amissum, et reparari petatur, si constat ex nota alterius interesse, vt traditur in obser. pe. dicti r. ille est citandus, qui si citatus non comparuerit, extrahetur.

In non ducendo instrumentum seu scripturam penes iudicem ad mandatū illius, pignozato notario et repignozato suspēdet

Methodus procedendi

et si neglexerit, crescente contumacia capietur, qui si per annum suspensus permanserit, elapso anno priuabitur officio, vt habeatur in obser. Nota de consuetudine Regni, eo. titu. de fide instrumentorum.

Instrumenti extractio non potest impediri preteritu appellationis, euocationis, nec alterius impedimenti, et sic fuit determinatum, et elicitur ex foro vnico de emparamentis scripturarum, fol. 95. als fol. 179.

His ergo precognitis, procedendi modus est sequens. Vbi instrumentum voluerimus in publicam formam extrahi, obtinebimus mandatum aduersus notarium qui illud confecit, seu successorem in notis, quo mandato notario notificato, si alterius interesse ex nota constiterit, mandabitur ille ante omnia citari, quo vocato, oblatis per notarium rationibus, si predictus citatus cuius intererit, rationes non obtulerit: predictum instrumentum extrahi mandabitur, vt dicitur in obser. penulti. dicti titu. de fide instrumentorum. Si autem rationes offerantur ad extractionem impediendam, procedetur summam sicut in ceteris causis summaris. Aduertendum tamen, quod in hoc processu poterit etiam agi per partes super extractione instrumenti, et illius liberatione: videlicet cui competat ius predicti instrumenti, et an sit extrahendum, et cui ex partibus liberandum, super quibus vt dictum est, procedetur summam. Et hec de modo procedendi in extractione instrumenti sufficiant.

De processu super diminutione caballeriarum,



Aballeriarum vt innuit obser. in. C. Item que honoz, et obser. seq. de priuil. gener. fol. 33. als fol. 42. alię dicuntur honozis, alię vero de mesnada. Caballerię ho

nozis dicuntur, que consistunt in terris et vassallis: vel assignate in redditibus, aut alibi loco terre. que nobilibus solite sunt assignari. Caballerie vero de mesnada, sunt, que consistunt in redditibus regalibus: et que mesnadaribus et militibus assignari consueverunt in redditibus, non consuetis assignari nobilibus pro caballeriis honoris. Pro quibus quidem caballeriis que consistunt in redditibus regalibus, uti pro censibus et iuribus regibus privilegiatim fit executio: et in venditione bonorum non servatur solennitas fori.

Caballerie fuerunt inuenta ad Regni defensionem, et sustentationem nobilium et militum, ut dicitur in actu curie generalis incipi. Item senor, sub titulo acto que las rentas et c. fol. 1. in volumine nouissime impresso actuum curiarum.

Cubi aliquae caballerie super aliquibus locis fuerunt assignate, si post illarum impositionem, dicta loca in pauperem deuenierint, eo quia partim fuerint diruta, et dictarum caballeriarum iura sine magno incommodo ac detrimento persolui non possunt: per dicta loca supplicari poterit, dictas caballerias diminui, et reduci iuxta facultatem dictorum locorum. Quo casu, ut traditur in foro unico de diminutione caballeriarum, fol. 130. als fol. 117. obtinebitur a domino Rege commissio, qua eligetur quidam commissarius, qui una cum iusticia Aragonum, cognita iuxta causa possit predictas caballerias deprimere, et diminuire. In quo quidem processu summam procedetur, vocatis assignataribus predictorum iurium, et procuratore fiscali domini Regis, quorum intererit.

Chis igitur propositis, super dictarum caballeriarum diminutione procedetur forma sequenti. Comparebitur coram domino Rege, caballeriarum impositionem exprimendo, et dictorum locorum pauperiem et ruinam, dicendo illam esse tantam, que onus tan graue nullo pacto sustinere queat, proptereaque supplicabitur, ut predicta caballeriarum iura diminuantur et:

Methodus procedendi

ad statum tolerabilem iuxta locorum facultatem reducantur, et quod causa alicui probo viro committatur, qui una cum iustitia Aragonum iuxta forum cognoscat: an dicte caballerie sint diminuende. Qua commissione obtenta, illaque presentata, electo notario ad acta conficienda, prestitoque ante omnia iuramento per commissarium penes dictum notarium, quod se in dicta commissione bene et legaliter habebit, et dicta commissione iustitie Aragonum presentata, comparebitur per partem diminutionem petentem, per quam oblata propositione, mandabitur imprimis dictas partes vocari, hoc est assignatarios dictarum caballeriarum, et procuratorem fiscales. Qui si citati non comparuerint: mandabitur se informari super contentis in dicta propositione. si vero comparuerint, procedetur summatim et simpliciter: sola facti veritate considerata, ut constat per dictum forum de diminutione caballeriarum.

De processu super consulta.



In quibus causis, et casibus, et qua forma sint per officiales consultationes interponende, et ad que fieri debeant, et infra quot dies responderi debeat aperte demonstratur in foris sequentibus, scilicet in foris tit. quod in dubijs non crassis, fol. 25, als fol. 58, et in foro, tit. quod iustitia Arago, fol. 25, als fol. 68, et in foro, 1. et. 2. tit. de consultatio, fol. 142, als fol. 90. Ex quibus foris etiam deprehenditur, modus consultationum in illis seruandus, qui est ut sequitur. Ubi aliquid per iudices, officiales aut meros executores, de foro usu et consuetudine Regni fuerit dubitatum: debent curiam iustitie Arago, consulere mediante instrumento iuxta forum. Et iustitia et eius locumtenentes tenentur respondere in causis criminalibus, et criminaliter intentatis, et in causis civilibus que sibi ardua videbuntur, intra octo dies. Qua consulta

tionem facta, et responsione subsequuta, ut dicitur in dicto fol. 1. de consultationibus, non licebit partibus appellare, nisi ante responsionem se aliquis opposuerit, et copiam consultationis petierit. et ea concessa, vel non concessa rationes in facto consistens dederit, in quo processu post consultationem procedetur summarim, et tunc non est infra octo dies consultationi respondendum, sed consultationis causa suo tramite ducenda.

De processu super contentibus super eodem officio.



Si aliquis titulo aliquo seu provisione est in alicuius officij possessione seu quasi, et alter venerit cum eiusdem officij provisione, petens se ad prestandum iuramentum exercendumque predictum officium admitti non potest is admitti, nisi si vocato eo qui est in possessione seu quasi predicti officij. Nemo enim sine cause cognitione debet sua possessione privari. In quo processu iuxta fol. vnicum sub titu. de contentibus super eodem officio, fol. 59. als fol. 140. procedendo, ad solam titulorum ostensionem, super dicto officio per iudicem de causa cognoscentem est iudicandum, vter ex contententibus habeat potius ius. Et parte citata, procedetur summarim simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij, considerata facti veritate, et si determinatio cause ultra viginti dies, a die quo partes erunt in iudicio connumerandos, differatur: ille qui primo aspectu meliorem titulum habuerit, est in sua possessione protegendus, et inhibetur alteri parti ne utatur officio. Contentione igitur exorta, citabitur pars in curia iusticie Aragonum ad offerendum rationes contra propositionem, aduersus eam offerendam, et quare non sit declarandum nostrum principalem debere uti dicto officio, et in eodem defendi et non sit inhibendum parti contrarie, ne in eo se intromittat. Qua quidem parte citata, oblata propositione seu cedula, si non comparu-

Methodus procedendi

erit facta fide de titulo, petetur definitiue pronunciari: si autem comparuerit, procedetur summamim vt dictum est, ab vtraque parte rescribendo, et qui meliorem titulum habuerit, obtinebit saluo iure proprietatis. Et si cause decisio vt diximus ultra viginti dies durauerit, commodum erit vt statim de titulo fidem faciamus, etiam prima facie apparenti, et petamus definitiue pronunciari,

De processu recursus.



Iste dicitur in recursum vocatus qui tenet de euictione, et ad suscipiendum malam vocem motam ei cui est ad euictionem astrictus, et ad suscipiendum cause defensionem, et est citatus in recursum dicta lite mota. In quo recursu poterit procedi secundum naturam contractus, vt si aliqua bona in euictione specialiter obligauerit, cum clausulis precarij, apprehensionis et constituti, poterunt dicta bona apprehendi, et hoc casu habens recursum poterit obtinere in articulo litispendentie, firmarum et proprietatis iuxta disposita in contractu. antiquitus poterat procedi summamim, citatis et auditis partibus, vt aperte disponitur in foro vltimo de ordine cognitionum, in volu. derogatorum, fol. 14. als for. 3. eiusdem tit. fol. 87. nunc potest procedi iuxta forum vltimum sub. tit. de rei vendicatione, fol. 55. als fol. 205. in quo foro late sunt termini prescripti, inter habentem recursum, et illum contra quem habetur, et alios inter quos fuerit habitus recursus. In quo foro etiam disponitur, causas non posse differri, eo quia conuentus pretendat habere recursum, et ius ad aliquem vt eum defendat, et onus litis contra agentem suscipiat. et etiam disponuntur alia, in dicto foro expressa.

De processu super literis subsidiarijs.



Abfidiarię literę mittuntur a iudice vnus Regni, ad iudices alterius, et seu a iudice vnus ciuitatis, ville seu loci etiam in eodem Regno, ad iudicem alterius ciuitatis, ville seu loci territorij et iurisdictionis diuerse, vbi aliquid est exequendum in territorio iudicis ad quem mittuntur.

Cum enim mittēs literas nullam in alio territorio iurisdictionem habuerit, est necesse vt in subsidium iuris, requirat iudicē alterius territorij, vt aliquid exequatur seu faciat, et de omnib⁹ que fecerit ⁊ fuerit executus rescribat ac respondeat, que literę subsidiarię cum varia sint negotia, et iuxta eorum qualitatem, naturā, formam ⁊ effectum plures occurrant, possunt esse adeo diuerse q̄ illas explicare esset infinitum. Possunt enim dari literę subsidiarię ad aliquem citandum, pignozandum, ad instrumentum extrahendum, ad recipiendum testes, ad exequendū sententiam et alia plurima. Quibus literis subsidiarijs concessis illę presentantur iudici ad quem mittuntur, et eis presentatis petitur mandare exequi contenta in eisdem: et si fuerint executorię seu pignozatiue bonorum seu alię cōsimiles, ante omnia mandabitur vocari pars, et ea citata si rationes non obtulerit, tradentur executioni literę. Sin autem obtulerit, procedetur summariū, ⁊ a sententia qua mandabitur literas esse exequendas licet appellare, ⁊ electionem etiam iuris iurme grauaminum facere, si vero fuerint alię literę, vti citatorię seu ad recipiendum testes, absq; partis citatione tradentur executioni. Que literę vbi executioni fuerint tradite, concedetur copia signata gestorū parti, ⁊ literę responsiue directę iudici per que literę subsidiarię fuerint missę.

De processu re- sumptionis.

Methodus procedendi



Resumptionis vis ac effectus est, ut partes ad agendum fiant legitime et ius instantiam resumendi commune est. Quis enim potest causam resumere, est tamen locus preventioni, unde altera parte litigantium defuncta, potest causa resumí per heredes cum altera partium et contra.

In resumptionibus an causa sit resumenda per contractum inter viuos seu obitum, prima causa est consideranda. Unde si alicui aliquod ius litigiosum fuerit venditum, et emptor obierit antequam reponatur, dicta causa per heredes emptoris est resumenda per contractum inter viuos, non autem per mortem.

In resumptionibus si instantia non est finita nec terminata, petetur per resumendam processum, causam, instantiam et actionem esse resumendam.

Quando plures heredes in bonis succedunt, cum omnibus est causa resumenda.

Si causa per mortem resumatur, et pars resumens facto iudicis aut partis fuerit impedita, non currit sibi tempus ad probandum eius propositionem.

Ibis precognitis facilis fiet modus procedendi in predictis resumptionibus, aut enim causa per contractum inter viuos, aut per mortem duntaxat, aut per contractum inter viuos et per mortem resumitur. In resumptionibus autem ante foros Calataubij, et etiam nunc, si resumptionis causa non considerata causa principali oriatur, et dependat a contractu confecto ante foros Calataubij, procedetur iuxta for. vltimū tit. de ordine cognitionum in volumine derogatorum constitutum, fol. 14. als for. 3. dicti tit. fol. 87. hoc est lūmatim vocatis et auditis partibus. Si vero predicta resumptionis causa oriatur ex contractu confecto post foros Calataubij, procedetur iuxta for. viii.

cum de resumptio. fol. 49. als fol. 207. videlicet si causa resumatur per contractum inter viuos resumens tenetur vna cū propositione statim facere fidem de iure suo, aliter non admittetur. Quo facto sunt a foro alteri parti decē dies p̄fixi ad discendum quicquid voluerit probandum et publicandum. et publicatione facta currunt alteri parti decem dies ad contradicendum, probandum et publicandum. Procuratore ergo partis contrarie p̄sente, et seu parte citata ad demonstrandū q̄ causa cum principali huius partis est resumenda, offeremus propositionem: et statim iuxta dictum forum faciemus fidem de iure et titulo, et seu facta fide de dicto titulo mandabitur parti notificari. Deinde vero procedetur vt p̄dixim⁹. Si vero causa per mortem, aut per mortem et contractum resumatur: resumens tenetur infra viginti dies a die oblationis propositionis connumerādos, facere fidem de morte allegata et iure suo (mortem autem probare sufficet per testes de fama scilicet q̄ inter notos et consanguineos suos pro mortuo habeatur) Quibus viginti dieb⁹ trāfactis, currūt alteri parti totidem viginti dies ad opponendum factum contrarium probandum et publicandum. Mortua igitur aliqua partium litigantium, et illius morte allegata per partem resumere volentem, mandabitur pars altera citari vt ad videndam resumptionis propositionem cōpareat. Qua citata facie ad faciem, et suo casu pignozata, et pignozare reportato vbi non fuerit deprehensa: et seu vbi procurator comparuerit iuxta p̄dictum forum offeremus propositionem, facientes productam large more solito, formam dicti fori seruando. Et lata sententia in resumptione procedetur ulterius in causa principali que resumptionis sententia est interlocutoria ac proinde renocabilis. Et hęc de modo p̄cedēdi in resumptionibus dicta sufficiant, si hoc vnum admonuerimus q̄ vbi per mortem causa resumitur, et aliqua tempora principalis cause sint p̄scripta seu assignata dicta discussione pendente non currunt nec per quindecim dies ante, vt in fine dicti fori de resumptio. habetur.

Methodus procedendi

De processu super alimentis.



Et foro presentis Regni, cum venter non patia-
tur nec ferat dilationem, vbi agitur super alimen-
tis, proceditur summam sine strepitu et figura
iudicij, vt predicta notatur in for. titu. de alimen-
tis, fol. 125. als fol. 83. de quibus processibus sum-
marijs iam satis est dictum.

De processu prosecutio- nis infantionie.



Infantionie probatio dupliciter fieri poterit. Al-
tero modo per possessionem nostram, et nostrum
maiorum possessionem allegando, Altero modo
per gradus patris seu predecessorum, instrumen-
tum militie, et seu saluam illorum, seu fratrum ducen-
do. Salua enim fratris prodeit fratri, et omnibus descendenti-
bus ex eo, et consanguineis germanis, et omnibus descendenti-
bus ex eadem stirpe. In infantionie autem probatione, non admittitur
procurator ad eandem prosequendam. Hec due probationis spe-
cies significantur aperte in obser. 1. et 2. sub. ti. de salua infantio-
num, fol. 31. als fol. 39. et in for. vltimo ti. quomodo quis debeat
fol. 129. als fol. 41. in processu autem probationis infantionie per
possessionem solet diffinitive pronunciar. probante infantioniam
esse in possessione eiusdem et debere gaudere privilegijs, et immu-
nitatibus, quibus de foro milites et infantiones possunt gau-
dere: illum ad saluam infantionie faciendam admittendo. Qua
pronunciatione facta, sunt adducendi duo seu plures milites etiam
si non fuerint saluantis consanguinei, qui iurabunt saluantem
esse infantionem, et si necesse fuerit ostendent casale, vnde sua
ingenuitas et stemmata descendunt. vt predicta habentur in fo-
ro incipi. Falgar. sub. ti. de conditione infantionar. fol. 129. als

25. et in foro. 1. incipi. Item q̄ decetero, 7 foris sequentibus sub
 tit. quomodo quis debeat, fol. 129. qui forus. 1. est als sub ti. fori
 edicti apud Exea, fol. 36. ceteri sub dicto titu. Quomodo quis
 debeat 7c. fol. 41. et etiam in obser. Item vnus solus, de condi-
 tione infantionatus, fol. 20. als fol. 25. Salua autem facta, de
 claratur infantionem debite 7 iuxta forum saluam fecisse. Dein
 de vero cōceditur sibi priuilegium, per chartam perpetuo vali-
 turam. De qua salua infantionē faciēda, et probatione per pos-
 sessionem, dominus Rex tantum potest cognoscere, aut is cui
 ipse causam demandauerit, quam soli iustitię Aragonum po-
 test committere. Qui cognoscit ex commissione domini Regis
 vt ordinarius, ad quem licet commissio dirigatur, possunt eius
 locum tenentes vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiue pro-
 cedere, vt habentur p̄dicta in foro incipi. Omnis homo, tit.
 de probatio. fol. 96. als fol. 11. et in dicto foro Fatigatus, 7 in di-
 cta obser. 1. ti. de salua infantionē, 7 in obser. Itē illi qui, eodem
 tit. 7 in obser. Itē circa. ti. de priuile. militum, fol. 20. als. 26. 7 in
 foro. Item porque el iustitia. titu. de officio iusti. Arago. fol. 22.
 als fol. 146. et in foro Añadiēdo, eiusdem ti. fol. 25. als fol. 162.
 Termini autem saluę infantionē omnes sunt peremptorij, nec
 possunt post terminum testes recipi, vt innuit obser. vlti. dicti
 titu. de salua infan.

In processu autem probationis infantionē per gradus ve-
 niendo cum priuilegio militis alicuius ex suis progenitoribus
 in diffinitiuā sententia declaratur, probantē infantionā, esse
 infantionem, 7 debere gaudere omnibus foris, 7 priuilegijs q̄
 bus milites 7 infantiones possunt gaudere. Sin autem veniat
 tuando se ex aliqua salua declarabitur talem saluam sibi pro-
 desse 7 debere gaudere 7c. His p̄missis de stylo huius proba-
 tionis agamus. Volens igit suam infantioniam per gradus
 seu possessionem probare, citato aduocato fiscali, 7 vniuersita-
 te in qua degit, 7 seu dicto infantione citato per eosdem ad p̄-
 bationē ei⁹ infantionē comparebit p̄sens in Regia audien-

Methodus procedendi

ria offerens ad probationem eius infantionie articulozum cedula: cui assignabuntur quatuor menses ad probandum et publicandum, et seu ubi comparuerit ad offerendum articulozum cedula, probandum et publicandum. Qua probatione et publicatione facta partes contrarie vt innuit obser. penultima dicto titu. de salua infantio, admittentur ad factum contrarium allegandum et probandum, cui de more conceduntur totidem quatuor menses ad dicendum, proponendum et allegandum factum contrarium, opponendum, probandum et publicandum. Publicatione autem facta, petetur definitiue pronunciari. Que causa si fuerit per possessionem prosecuta, in sententia proferenda et salua facienda seruabitur forma iam superius dicta. Dicitur autem procedendi modus seruatur in Regia audientia. In curia vero iusti. Arago. ubi aliquis fatigatus in eius infantionia obtinuerit, et presentauerit iurisfirmam infantionie, et seu illam obtinuerit, si ad prosecutionem iurisfirmę fuerit citatus, ubi comparuerit est interrogandus, an predictam causam infantionie velit prosecute per gradum, an vero per possessionem. Qui si causam per gradum elegerit, in prosecutione dicte infantionie, procedetur pro vt est superius dictum: Si vero viam possessionis elegerit, assignabuntur sibi quatuor menses, ad habendam commissionem a domino Rege, vt enim predictimus de salua infantionum solus dominus Rex potest cognoscere, aut iustitia Aragonum ex Regia commissione. Que commissio intra dictum tempus petita, si fuerit denegata, fiet in dicto iurisfirmę processu fides de dicta denegatione, ne iurisfirmę inhibitio tollatur: Si vero predicta commissio fuerit obtenta, in illa solent quatuor aut sex menses assignari, ad recipiendas probationes, pronuntiandum, et saluam infantionie recipiendum. Que commissio presentabitur iusti. Aragonum seu eius locumtenentibus, per quos prestito iuramento quod bene et legaliter se habebunt in dicta commissione, offeretur articulozum cedula, et factis probationibus et publicationibus, assignantur partibus aduersis quatuor menses vt dictum est, ad dicendum, et factum contrarium opponendum.

dum, probandum, et publicandum, et de inde ad contradicendum. Deinceps vero petetur definitiue pronunciarum. Ceterum, quoniam salua infantionie infra tempus in dicta commissione expressum est facienda, si fuerit breue, obtinebitur a domino Rege seu eius locumtenenti generali prorogatio, seu prorogationes dicti temporis, dicte commissionis, de quibus fiet fides in dicto processu iurisfirme. In prolatione cuius sententie recipietur iurisfirma, et declarabitur esse in possessione infantionie et admittetur ad faciendam saluam, ut predictum est. Qua facta, habitaque pro legitime et iusta forum facta, concessis literis decisionis, illae debent presentari in Regia cancellaria, et concedetur Regium priuilegium. Et sic in dictis commissionibus Regis, mediante quadam clausula in fine earundem apposita, cauetur quod factis premisis, et habita opportuna puiione a domino Rege, et non alijs, pro infantione haberi uult. Est etiam aduertendum, quod predicta infantionie prosecutio in predicta curia iusti, Arago, pro possessione, potest etiam fieri in processu iurisfirme, etiam si non fuerit infantio ad repulsionem iurisfirme citatus in eodem presentata commissione, et citatis partibus contrariis, et etiam cum sola commissione, absque ullo processu iurisfirme partibus ut diximus citatis ad prosecutionem. In quo commissione processu, si aliqui testes fuerint pducendi, senio seu alio impedimento impediti, obtinebit specialis commissio a domino Rege seu eius locumtenente, predicto iusticie Aragonum et eius locumtenentibus ad recipiendum informationem predicti impedimenti, et constituto de eodem ad committendum dictorum testum receptionem alicui: qua habita et illa presentata, nominatis testibus, probatoque impedimento, fiet commissio notario curie ad predictos testes recipiendos. Aduerte tamen, quod finito processu, in quo actum et conclusum est super quasi possessione infantionie et admissione ad saluam faciendam: potest intentari iudicium petitorium super proprietate infantionie tam pro parte pretendentis se esse infantionem qui succubuit in processu salue, quam pro parte procuratoris fiscalis, et alterius cuius interest contra eum, qui obtinuit

Methodus procedendi

nuit super quasi possessione infantionie, et ad saluam faciendam fuit admissus. In quo processu super proprietate potest procedi ordinarie, tam iuxta foros antiquos, quam iuxta forum secundum de rei vendicatione, iuxta quem forum de rei vendicatione, vidi etiam fuisse actum per militem creatum super validitate et roboze sue militie. De quo processu civili iuxta foros antiquos, et iuxta forum secundum de rei vendicatione abunde superius in operis principio est dictum.

De processu contra officiales alienigenas ne officijs vtantur.



Clandocunq; aliquis extraneus a Regno est creatus officialis contra libertates, poterit aduersus illum in curia iusticie Aragonum obtineri iurisfirma, ne officio vtatur, excipieturq; et allegabit ad istam titiam Diputatorum Regni, et procuratoris cuiusuis vniuersitatis, ad solam assertionem. Et etiam potest excipi et allegari, ad instanciam cuiusuis singularis Regni, sed hoc in casu, non potest alienigena inhiberi, ne vtatur officio antequam fuerit probatum esse alienigenam. Qui officialis obstante sibi exceptione allegata, predictum officium exercere non poterit, etiam si contrafirmauerit, nisi esset iuratus alicuius loci, vt habentur hec in foro de alienigenis, fol. 37. als fol. 212. In hoc autem processu, si officialis voluerit firmare de directo, et ministrare informationem se esse Regnicolam, procedetur iuxta for. vnicum. Quid extraneus, fol. 37, als fol. 103, videlicet summarim, an dicto officio possit litependere vti, super quo articulo vt in fine dicti fori cauetur, vbi fuerit pronunciatum, proceditur abinde in meritis cause iuxta for. Ad nostrum peruenit, ti. de apprehen. fol. 85. als sub ti. de ordine cognitio, fol. 87, vt in firmis possessorijs, de quibus su-

perius dictum fuit. Poterit etiam dictus officialis citari, ad in-
stanciam Diputatorum, ad videndum declarari, predicto officio
vri non posse, in quo processu procedetur iuxta dictum for. de
alienigenis, fol. 37. als fol. 212. In quo foro termini satis aper-
te apponuntur, ideoq; de his nihil dicemus.

De processu criminali.



Lim ante foros CesarAuguste editos ante an-
num. M. cccc. cxiij. et Montisoni anno. 1510. in
causis criminalibus duobus modis procedebat,
videlicet summam, vt in casibus in foris expres-
sis, velut contra officiales delinquentes, vt in fo-
ro. 3. ti. q. in dubijs, fol. 25. als fol. 58. et in casibus contentis in
foro Como cerca la punicion, in volumine derogatorum con-
stituto, ti. de homicidijs 2c. fol. 15. als fol. 97. et in foro Como
cerca la punicion, fol. 19. in eodem volumine, als fol. 109. eius-
dem ti. et in foro Como cerca la punicio, eiusdem ti. et in eodem
volumine, fol. 24. als fol. 126. et in foro Como cerca la punicio,
ti. de homicidio, fol. 166. als fol. 141. et in foro Como cerca la
punicion, eiusdem ti. fol. 167. als fol. 191. et in pluribus alijs ca-
sibus in foris prescriptis. In alijs vero, in quibus per forum
forma procedendi summam non erat tradita, procedebatur
ordinarie. Assignabatur enim ad deliberandum, querendum
instrumenta, declarandum, contestandum, velut in processu or-
dinario, vt constat per for. Prout experientia, ti. de litibus ab-
breuiandis, fol. 47. als fol. 79. et per obseru. penulti. et ante pe-
nulti. sub ti. de litis contestatione, fol. 7. als fol. 10. et per obser.
Item decem dies, de dilatio, fol. 5. als fol. 6. et alios foros et ob-
ser. quos duos procedendi modos summam scilicet et ordi-
narium innuit obser. Item nota q. si accusatus, ti. de postulan-
do, fol. 4. als fol. 5. vbi dicitur debet in eadem ordinarie vel sum-

Methodus procedendi

maſſe procedi. prout alſ qualitas cauſe ⁊ negotij, facit etiam obſer. de conſuetudine, de priuil. gener. fol. 33. alſ fol. 42. vbi dicitur ſed debet via ordinaria ⁊c. iuxta quos procedendi modos firmabatur petitioni ſtatim per accusatum, ⁊ tenebatur accusatus ſe in propria perſona preſentare, in litis conteſtatione, reſtium publicatione et prolatione ſententię. Nunc tamen, per dictos foros Montifoni, pro omnibus delictis expreſſis in dicto foro, ti. de homicidio, incipi. Como cerca la punicion, fol. 167. alſ fol. 191. ⁊ in alijs criminibus quibuſcumq; actu commiſſis, non deſcendentibus ex cauſa ciuili hoc eſt compromiſſo, commanda, deposito, ſeu alio contractu eſt tradita certa procedendi norma, tam in proceſſu preſentis, q̄ in proceſſu abſentis: et tam in proceſſu incipiente per captionem q̄ per citationem. Iuxta quos foros ducuntur hodie omnes cauſe criminales non deſcendentes ex cauſa ciuili, licet alſ per foros ſit traditus modus ſummatim procedendi. Et licet talia delicta non ſint actu commiſſa, nec comprehenſa in dicto foro de homicidio. Et etiam pro crimine uſurarum. proceditur ex conſuetudine iuxta ordinem dictorum fororum. A ſententia tamen lata in dicta cauſa uſuraria, poteſt appellari ⁊ fieri electio iuriſdictione curie iuſtitię Aragonum, nec tenetur accusatus in propria perſona comparere, niſi in interrogatione facienda, vt preſcripta notantur in for. Deſſeantes prouetr. ſub tit. de uſuris, fol. 108. alſ fol. 193. ⁊ hec eſt praxis. Et quoniam criminalis cauſa vt plurimum incipit a captione, et dicta captio fieri poteſt precedente appellitu, ſeu fragante maleficio, ideo ante q̄ ad ordinem dicti proceſſus criminalis deueniamus, oportet reſeruetum eſſe duxi, infraſcripta prenotare, que plane ſunt dicte cauſe criminalis fundamentum.

Nemo poteſt capi in Aragonia pro aliquo crimine, niſi fragante maleficio, aut precedente appellitu legitimo et forali, et ad inſtantiã partis legitime: in oblatione cuius eſt ſeruanda ſolennitas fori. vide for. incipi. El ſeñor Rey, ſub tit. de appellitu, fol. 154. alſ fol. 233.

Citatio criminalis non potest dari per notarios, quin prius sit concessa per iudicem, et ante concessionem obtinens tenetur iurare quod credit esse veram et non fictam, et idoneum fideiussorem offerre, iudicis periculo, de proseguendo causam, aut soluendo expensas et damna, et si iurat non inuenisse admittitur ad prestandum iuratoriā cautionem, vide for. incipi. For. appellidos fictos, sub tit. de appellitu, fol. 154. als fol. 201.

Offerens appellitum cōsimiliter tenetur iurare appellitum esse verum et non fictum, et tenetur prestare dictam cautionē, ut dicitur in proxime dicto foro, et etiam vide for. incipi. De voluntad, sub dicto tit. de appellitu, fol. 150. als fol. 128.

In quolibet appellitu et qualibet citatione, offerens appellitum et obtinens citationem, si dixerit quod offert fideiussorem secundum forum, et fideiussor se constituit iuxta forum, dicta verba sunt tanti effectus, ac si in specie dicerent omnia verba, que iuxta forum ad dictam fideiussionem deberent dici, ut dicitur in dicto foro incipi. For. appellidos fictos.

Appellitans tenetur dicere in appellitu, ubi est eius principalis vicinus, aut habitator, et si fuerit petitū quod exhibeat principale, tenet illū exhibere, vide for. Querientes proueer, sub tit. de appellitu, fol. 150. als fol. 155. et vide extensionem dicti fori in foro incipi. Anadiendo, sub dicto tit. fol. 154. als fol. 201.

Non potest appellitari contra aliquem, seu aliquos, uti complices et sequaces, nec alio modo nisi expresse appellitati nominentur suis nominibus et cognominibus, vide for. Non color de calidades, in fine tit. de appellitu, fol. 152. als. 153. et for. incipi. Experiencia ha demostrado, sub dicto tit. de appellitu, fol. 153. als fol. 201. per quos foros corrigitur forus incipi. Quia propter, sub dicto tit. de appellitu, fol. 150. als fol. 78.

Methodus procedendi

¶ Quandoquocumque offertur appellitus aduersus aliquem, pro delicto coram iudice, allegando qualitatem, ratione cuius iudex efficitur competens, vti si offertur contra nobiles, dominos vassalorum, milites seu infantiones commorantes in locis dominorum, qui subsunt domino Regi, eius locumtenenti generali, primogenito, Regenti officium generalis gubernationis, aut contra singulares cum mixtura iuxta obseru. incipi. De consuetudine Regni, sub ti. de foro competenti, fol. 6. als fol. 9. aut offertur ratione alicuius qualitatis expresse in foro incipi. Con color de calidades, sub ti. de appellitu, fol. 152. als fol. 153. et in foro eiusdem tit. incipi. Con calidades de nobles, fol. 153. als fol. 200. que forma sit seruanda, et que informatio ministranda, vide proxime dictos foros.

¶ Si in prouisione appellitus constiterit per vnum testem de visu, aut vnum de auditu ab accusato, aut duos deponentes de fama publica et dicentes, quod credunt famam esse veram et non fictam, est procedendum ad captionem non obstante iurisfirma, aliter impediret captionem iurisfirma si in captionis limine presentaretur. et hec est praxis. vide for. incip. Item que los sobredichos judges, fol. 154. als fol. 233. sub ti. de appellitu.

¶ In prouisionibus appellituum, non possunt esse testes de fama publica portarii, virgarii nec cursores alicuius audientie, vide for. incip. Item por que, sub ti. de appellitu, fol. 155. als est for. editus Notisoni per serenissimum Principem anno. 1547.

¶ Fragante maleficio quilibet officialis ex officio potest capere, et hec est consuetudo. Et in fragantie processu sepe se opponit ille cuius interest, et offert petitionem criminalem, ac fit processus debito modo, quandoque nulla offertur petitio, sed antequam sint preteriti dicti tres dies, intra quos est offerenda petitio, offertur appellitus ad instantiam cuius interest, et ante lapsum dierum trium dierum, recommedatur captus, et offertur petitio et fit processus omissa fragantia.

*Si quis fuerit captus
et pendente accusa
tione fuerit seerum
appellitatus, seu
accusatus, que forma
sit seruanda per se
cum duz accusato
re. vide. Foru
magnum
pretera sta
tuimus: titu:
de accusatio:
et foru magnum:
Por quanto al
quinos regnico
las sub titu:
de appellitu:*

¶ Quilibet officialis captus in vim appellitus, seu alicuius provisionis, in eodem processu appellitus aut provisionis, tenetur facere relationem intra unum diem naturalem, quo die fecerit captionem, si in eodem loco illam fecerit si autem extra, debet in processu continuari dies, et parum plus seu minus hora captionis et representationis, et si offeratur petitio, est in eodem processu offerenda, et si ex officio seu fragante delicto ceperit, in processu qui incipietur, tenetur facere relationem intra unum diem naturalem, quo die et hora, et qua de causa fecerit captionem, in quo processu est consimiliter offerenda petitio, casu quo debeat offerri, vide for. incipi. De voluntad dela cort, sub tit. de litibus abbreviandis, fol. 47, als fol. 182, et etiam circa dictam relationem per officialem faciendam, vide for. incipi. Quando cumqz, sub titu. de appellitu, fol. 150, als fol. 151. Si aliquis fuerit captus pro aliquo delicto, est contra illum offerenda petitio coram iudice et in iudicio, et requiritur quod in processu constet de premillis, et ideo in memoriali oblationis petitionis dicitur coram iudice et in iudicio, aliter captus esset liberandus a captione, vide for. Cosa es muy necessaria, sub titu. de manifestacionibus personarum, fol. 60, als fol. 173, et hec est praxis. Non enim predicti fori novi iuxta quos nunc proceditur disponentes, quod petitio est offerenda intra tres dies, corrigunt nec mutant predicta.

¶ Juxta dictos foros novos Montisoni procedendo, quando causa incipit a citatione, ea obtenta citatur accusatus ad decimum diem si habitaverit extra locum ubi fit processus si autem habitaverit in eodem loco ad primum diem iuridicum, et si facta investigatione non inveniatur, citatur voce preconia in loco ubi solet habitare, seu ubi delictum est commissum, ad quindecimum diem, et consimiliter citatur appellitatus, ad quindecimum diem si non fuerit inventus.

¶ Sed notandum quod iuxta dictos foros novos in casu fori in

Methodus procedendi

capit. For quāto algunos, sub tit. de gener. prius legijs ꝛc. fol. 12. als fol. 181. contra alienigenas a Regno cū sit casus specialis, si fiat procellus Cesar auguste, fieri potest citatio preconio facto in eadem ciuitate, ad decimum quintum diem, ꝛ si fiat in loco in quo seu eius terminis est delictum commissum, in eodem: et est tanti effectus ac si fieret facie ad faciem.

¶ Iuxta predictum forum de manifestationibus personarum, petitio erat offerenda, non solum in iudicio, verumetiam capto pro presente. Ducebatur enim ad iudicium, ꝛ offerebatur eo presente, nisi esset manifestatus, aut datus sub fideiussoribus, aut sibi domus pro carcere assignata, dictis enim casibus poterat petitio offerri etiam sine protestatione, capto absente, nūc vero iuxta predictos foros Montisoni, predicta non sunt recepta, semper enim petitio offertur, capto absente, ꝛ est ratio quia iuxta dictos foros captus statim ipso foro est habitus pro manifestato, et sic potest offerri petitio sine protestatione eo absente, ex consuetudine tamen fit protestatio, ꝛ in oblatione petitionis dicimus qd capto absente offerimus petitionem, et protestamur qd non currat nobis tempus ad eandem offerendum, capto presente cum ipso foro sit manifestatus, aut saltem habitus pro manifestato.

¶ Iuxta dictos foros nouos vt dicitur in. 1. foro sub tit. de modo ꝛ forma procedendi ꝛc. fol. 155. als fol. 134. ꝛ in foro. 2. eiusdem titu. fol. 156. als fol. 246. est offerenda petitio intra tres dies vtilis ꝛ iuridicos ab hora captionis, tamen quando aliquis capitur extra ciuitatem, villam seu locum vbi fuerit appellitus prouisus, offertur etiam petitio intra tres dies referendos ab hora representationis facte de persona capti iudici iuxta dictū for. incipi. Quodocunqꝫ sub tit. de appellitu, fol. 150. als fol. 151. qui forus etiam in premissis seruatur ꝛ dicti fori noui disponentes qd petitio est offerenda intra tres dies ab hora captionis sunt recepti iuxta dictum forum, scilicet suo ca

su ab hora captionis, et suo casu ab hora representationis. Et si petitio infra dictos tres dies non offeratur, est liberandus a captione, ut notatur in dicto foro. 1. ti. de modo et forma etc. et poterit liberari per viam privilegiatam, ut dicitur in foro. incipi. Cosa es muy necessaria, sub ti. de manifestationibus personarum fol. 60. als fol. 17. et in foro. Et porque, sub ti. de procuratoribus astrictis, fol. 160. als fol. 237. sed de hac liberatione late diximus in processu de manifestationibus personarum.

¶ Quando causa criminalis incipit a citatione iuxta dictos foros novos, offertur petitio si non comparuerit, intra tres dies iuridicos et utiles a die quo fuerit accusatus reputatus contumax iuxta foro. ultimum sub ti. contra citatos et abentes, fol. 158. als fol. 246. et consimiliter quando processit appellitus, citato accusato voce preconiis, est offerenda petitio intra tres dies, a die quo citatus fuerit reputatus contumax, iuxta eundem foro. et hec est consuetudo.

¶ Negativa quod aliquis sit captus sine appellitu, aut non sit oblata petitio intra tempus, aut negativa que referatur ad aliquam scripturam, seu acta iudicialia, quo pacto proberetur, vide iam allegatum foro. de litibus abbreviandis, et iuxta dictum foro. est stylus quod in curia petimus a iudice, quatenus mandet haberi relationem a notario cause, an habeat appellitum seu petitionem seu alia acta, que investigamus: et in continenti mandatur per iudicem, et si non fecerit sufficientem relationem, seu non sint presentes omnes notarii curie, assignabitur ad primum diem servando formam dicti fori.

¶ In causa criminali tenetur citatus in propria persona comparere dempta causa usuraria, ut predictimus non enim potest per procuratorem comparere, tamen si citatus fuerit infirmus ac eger, poterit procurator pro illo habens speciale mandatum comparere et allegare infirmitatem, et illam per testes probare, et etiam admittetur si illam allegaverit, et petiverit quod mittatur

Methodus procedendi

tur p̄hysicus, vel baiulus ad videndum an citatus sit egrotus, an sanus, ⁊ mittetur eo petente, p̄stito per p̄hysicum seu baiulum nominatum iuramento, penes iudicem bene ⁊ legaliter se habere, ⁊ q̄ faciet veram relationem, ⁊ probato morbo, per testes ⁊ seu per relationem p̄hysici seu baiuli, admittecur procurator in causa. vide obser. incipi. Si aliquis citetur sub ti. de contumacia, fol. 28, als fol. 36. ⁊ obseru. Item si procurator sub ti. de citatione, fol. 9, als fol. 12.

In causis criminalibus procedendo iuxta dictos foros novos, tam citatus criminaliter q̄ captus facta interrogatione super petitione potest reliquum processum per procuratorem ducere, vt dicitur in dicto for. 1. de modo et forma procedendi in criminali, fol. 155, als fol. 254.

Iuxta vero foros antiquos, tenebatur accusatus in propria persona ducere ⁊ prosequi processum, ⁊ iudicium continuare, et non admittebatur procurator, nisi firmasset petitioni, et firma fuisset recepta, ⁊ etiam si firma fuisset recepta, tenebatur in propria persona comparere, vt p̄diximus, in lris contestatione, testiū publicatione et prolatione sententię, si tamen erat manifestatus, durante manifestatione poterat se defendere per procuratorem, vt notatur in for. 4. tit. de manifestatio, perlonarum, fol. 61, als fol. 174.

Iuxta ergo dictos foros novos procedendo, vbi quis captus fuerit, intra viginti quinque dies a die captionis computandos, accusans tenetur suam petitionem criminalem offerre, dicere, proponere ⁊ allegare, semel aut pluries probare, ⁊ publicare pro eius parte producta, dummodo petitio offeratur infra tres dies iuridicos ⁊ naturales, ab hora captionis computandos, et suo casu ab hora representationis ipsius capti factę iudici referendos, vbi fuerit captus extra locum in quo est iudex, qui eum capi mandauit. Qua quidem petitione oblata, dictus

accusatus infra duos dies est interrogandus, instrumento publico per assessorem dicti iudicis, et seu per ipsum iudicem, presente aliquo ex iuratis talis civitatis seu loci, si assessorem non habuerit, qui per iudicem ter monitus de die in diem si respondere noluerit, habebitur pro confessio de delicto, de quo accusatur, ut dicitur in obser. magna ti. de postulando, fol. 4. al. fol. 5. Et licet in interrogatione fuerit confessus delictum, ut dicitur in dicta obser. non protinus potest condemnari, sed causa est duenda suo tramite. Et facta publicatione per accusantem, currunt triginta dies accusato, ad dicendum, proponendum et allegandum, et suas defensiones offerendum, semel aut pluries probandum et publicandum. Et facta publicatione, sunt prefixi quindecim dies utriusque parti, ad obijciendum et contradicendum tam contra testes quam contra instrumenta, probandum et publicandum, et predictis publicationibus factis, causa ipso foro habetur pro renunciata et conclusa. Et ubi fuerit petitum pronunciari definitive, sunt prefixi iudici viginti dies ad pronunciandum, vide dictum for. 1. ti. de modo et forma procedendi in criminali, fol. 155. al. fol. 2 et 4. Facta igitur dicta captione accusati debite et iuxta forum et intra tempus fori, offeremus petitionem criminalem, protestantes quod non currat tempus ad eandem offerendum, capto presente, cum ipso foro sit manifestatus, seu saltem habitus pro manifestato: facientes productam large, supplicantes dictum captum interrogari super contentis in petitione, et provideri quod illam non ediscat, donec fuerit interrogatus. Petitio enim ante interrogationem non est edenda accusato, nec verbo est proponenda, aut in scriptis legenda, ut constat per obser. fi. de postulando, fol. 4. al. fol. 5. aliter accusatus posset ad respondendum se preparare. Deinde vero procedetur iuxta formam predictam. Si tamen captus sponte in quacunque parte cause confessus fuerit delictum, de quo accusatur, in iudicio et coram iudice, mediante notario et testibus, et presente assessore, si iudex habuerit assessorem, si autem presente uno ex iuratis loci, in quo detinebitur captus, non servabuntur predicta tempora, immo poterit intra decem dies in

Methodus procedendi

strui processus, et consimiliter fiet aduersus deprehensum cum furto seu latrocinio in manu, vt statuitur in for. ti. de confessis et repertis, fol. 157. als fol. 239.

Si vero dicta causa criminalis incipiat a citatione criminali, ea reportata, vbi accusatus comparuerit, et fuerit assignatum ad debite procedendum, est consimile tempus dicto accusanti, ad offerendam petitionem, probandum et publicandum: sicut in dicto processu incepto a captione superius dictum est: procedendo eodem modo quo ad tempus oblationis, petitionis, probationis et publicationis faciendę per agentem, et defensionum accusati, et contradictoriorum per dictas partes offerendorum.

Si vero accusatus in termino citationis non comparuerit, reputabitur contumax, et mandabitur procedi ad vltiora in causa tanquam contra absentem, a quo die dicte contumacie sunt accusanti viginti quinque dies ad offerendum petitionem, probandum et publicandum, dummodo dicta petitio infra tres dies offeratur a die contumacie computandos. Publicatio autem est notificanda voce preconia, in loco vbi processus fiet. Qua quidem intimatione facta, si infra tres dies accusatus non comparuerit, causa ipso facto habebitur pro renunciata et conclusa, et petetur definitiue pronunciari. Si vero accusatus, vbi fuerit contumax reputatus, sponte comparuerit, post prolationem sententię definitiue, et seu ante quocumque tempore, non audietur, nisi prius soluat expensas omnes per accusantem factas. Et si fuerit appellatum contra illum, capiatur et detinebitur captus, eritque in arbitrio accusantis reducere dictum processum absentię, ad processum presentię, et posse se iuuare in processu presentię probationibus factis in processu absentię, si voluerit: aut prosequi causam in eodem puncto et statu, in quo erat tempore quo accusatus vltro comparuit. Vbi ergo accusatus fuerit contumax reputatus, et se defensurus comparuerit, petetur

ante omnia per accusantem, non esse audiendum, donec soluerit expensas in dicto processu absentie factas. Quibus solutis, interrogabitur accusans, si fuerit petendum, an velit reducere processum absentie ad processum presentie: qui si dixerit velle reducere, assignabitur ad debite procedendum. Et abinde current tempora fori ad offerendam petitionem, probandum et publicandum, et poterit tunc dictam petitionem offerre, et in modum probationis facere fidem de omnibus et singulis in processu absentie contentis pro eius parte deductis, probatis, allegatis et publicatis, si fuerit publicatum. Si vero responderit, se nolle dictum processum reducere a processu absentie, in processum presentie, mandabitur procedi in eodem statu et puncto, in quo erat tempore comparitionis, et assignabitur ad debite procedendum in causa: a cuius assignationis die current tempora fori, vide for. 1. de processu contra citatos et absentes, fol. 158, als fol. 236, et for. Item declarando el fuero, eiusdem titu. et fol. als sub titu. Porrogacion de los fueros criminales, fol. 246, et for. fin. tit. de modo et forma procedendi in criminali, fol. 156, als sub ti. forma de proceer en las causas criminales, fol. 267. Et predictus processus vna cum executione sententie, vt constat per dictos foros est priuilegiatus, non enim potest impediri manifestacione, iurisfirma, euocatione simpliciter apprehensione, adunctione, nec illorum inhibitionibus, nec alio quocumque impedimento. Et predicto processu in sententia posito, quilibet iudex poterit absque consultatione quinque iurisperitorum consiliariorum Regie audientie pronunciare, nisi in casibus, in quibus pena mortis, mutilationis membri, aut exilij excedentis tempus duorum annorum, esset imponenda. Tunc enim per iudicem accusatus est interrogandus an velit vt predictus processus ad Regiam audientiam remittatur, de quo debet constare in processu, vide dictum for. 1. de modo et forma procedendi in criminali incipi. Item apres, fol. 155, als fol. 234.

Methodus procedendi
De processu criminali
iuxta foros antiquos.



E processu criminali secundum dictos foros no-
uos satis arbitror dixisse, de criminali summario
nihil dicemus: contenti recitasse, olim fuisse rece-
ptum: tamen nostris temporibus non utimur. In
delictis enim in quibus summariim procedebatur,
proceditur, ut diximus iuxta dictos foros novos. Sed quia ut
in dictis foris novis statuit, crimina que oriuntur ex civili cau-
sa, id est compromisso, comanda, deposito, aut alio contractu, in
illis non sunt comprehensa: et necessario est iuxta foros antiquos
via ordinaria procedendum. Ideo de dicto criminali processu bre-
uiter dicemus: attingentes tantum, que ad praxim dicti processus
pro delicto ex contractu proveniente sunt opportuna: omittis
ceteris que olim erant usu recepta. Si ergo ratione violationis
iuramenti prestiti in instrumento comande, compromissi, comor-
die, seu alterius contractus, aliquem criminaliter accusare inten-
damus: citatione oblata ut diximus, si citandus non fuerit depre-
hensus in propria persona, citabitur iuxta obser. 3. tit. de citatio.
fol. 9. als fol. 11. et obser. sequentem. Citabitur enim preconio ad
tricesimum diem, et seu ter primo ad decimum diem. Et si non com-
parebit reputabitur contumax, et procedetur ad secundam ci-
tationem: citando illum iterum ad decimum diem. Et si in se-
cunda citatione non comparuerit, contumace reputato proce-
detur ad tertiam citationem aliorum decem dierum. Et si modo-
do iam dicto citatus non comparuerit inchartabitur, et pro in-
chartato publicabitur preconio. Et est inchartatio huius effe-
ctus quod inchartatus poterit a quocunque capi, et a quavis domo
extrahi, et si se defenderit, impune interfici, ut dicitur in obser. vlti.
dicti tit. de citatione, et in obser. 1. tit. de moderatio. rerum venalium,
fol. 2. 5. als fol. 3. 2. Et si capiatur, tenetur ipsemet ducere causam
cum catena in collo, seu compedibus usque ad finem litis: et non reci-
pietur sibi fideiussor, ut predicta notantur in obser. vlti. titu. de

satisfidando, fol. 6, als fol. 7, et in obser. Item si quis tit. Interpretationes, fol. 23, als fol. 30, et in obser. Item si aliquis sub tit. de fideiussoribus, fol. 13, als fol. 17, et in obser. 1, de contumacia, fol. 28, als fol. 36. Et vide forum, 5, a estos dos capitulos, sub tit. de declaratio. priuil. gener. fol. 11, als fol. 53. Si vero citatus comparuerit, assignabitur accusanti ad offerendam petitionem: que ex determinatione et usu, non est necessario offerenda intra duos nec tres dies, et petitione oblata, assignabitur accusato ad deliberandum, et deinde si per accusatum fuerit petitum, assignabitur agenti ad exhibendum et declarandum, et accusato ad querendum instrumenta veluti in processu civili: de quo late diximus, et deinde assignabitur accusato ad contestandum, et in interrogatio super petitione non fiet: ea enim olim erat prohibita, nisi aduersus diffamatum et captum in fragantia, et ad effectum interrogationis, erat fragans delictum, si fuerat appellatum infra quindecim dies a die commissi delicti, ut dicitur in for. tit. de interrogatione, fol. 45, als fol. 60, et in obser. 5, tit. de postulando, fol. 4, als fol. 5. Et dictus accusatus ante, seu post litem contestatam poterit firmare petitioni, de stando iuri, et fideiussorem super premillis offerre. Debitur igitur dictus accusatus dicet, quod firmat petitioni de stando et parendo iuri, et faciendo complementum asserto accusanti de preteritis per eum: et offeret fideiussorem aliquem tibi presentem, qui fideiussorem debite et iuxta forum se constituat: et petet recipi iurisfirmam, et concedi sibi licentiam litigandi per procuratorem. Et assignabitur accusanti ad offerendum rationes, quare dicta iurisfirma non sit recipienda, et super articulo receptionis iurisfirmę procedetur iuxta forum, incipi. Statuimus sub tit. de litibus abbreviatis in volumi. de roga, fol. 11, als fol. 79, et iuxta for. 1, tit. de fir. iur. in dicto volumi. de roga, fol. 14, als fol. 89. Iuxta quos foros accusans tenetur per processum seu instrumenta facere fidem de calumnia manifesto, ad repulsionem iurisfirmę: aliter reciperetur. Iurisfirma enim, ut dicitur in obser. antepenulti. sub tit. de priuil. gener. fol. 33, als fol. 45, et in alijs obser. et foris habet locum in quocumque

Methodus procedendi

casu: dempto casu manifesto, et demptis alijs casibus expressis in dicto, s. Et estos dos capitulos, sub dicto ti. declaratio prius legij, fol. 1. als fol. 53. et in obseru. Item de quocunq; crimine, sub ritu, de fideiussoribus, fol. 13. als fol. 17. Si ergo accusans accuset ratione dicti iuramenti prestiti in instrumento coman de, cum dictum instrumentum sit priuilegiatum, si faciat fidem de eodem, non habebit locum dicta iurisfirma. Si tamen accuset de iuramento prestito in aliquo instrumento, et extra illud aliqua sint liquidanda per testes: etiam recipietur iurisfirma. Si vero nihil sit liquidandum, et fiat fides de dicto instrumento, repelleretur iurisfirma: nisi accusatus firmaret in curia iusticie Aragonum aduersus dictum instrumentum: asserendo illud falsum, seu nullum esse, et tunc cum pendeat lis in dicta curia super falsitate, seu nullitate dicti instrumenti, per dictam litispendentiam offuscabitur casus manifestus, et facta fide per accusatum de dicta litispendentia, recipietur sibi dicta iurisfirma. Et in casibus in quibus fuerit recepta, accusatus admittetur ad litigandum per procuratorem: demptis casibus videlicet in litis contestatione, testiū publicatione et prolacione sententie: tenetur enim in propria persona contestari et publicare: et est sententia condēnatoria proferenda eo presente, vt predicta notantur in obser. de usu, sub ti. de procura, fol. 4. als fol. 5. et obser. 3. ti. de re iudicata, fol. 10. als fol. 14. Ex quibus obseruatijs colligitur, qd iuxta illas si accusatus in contestatione litis, publicatione testiū et prolacione sententie non cōparet: non procedetur in contumacia ulterius, sed solum in non contestando, et in non publicando, nec assistendo prolacioni sententie condēnatorie proferēde inchar tabitur, et procedetur ad captionem eius persone, sed purgata contumacia si contestabitur et publicabit, liberabitur a captione. Tamen si recepta iurisfirma accusato, citatur ad se representandum in predicta contestatione, testiū publicatione et prolacione sententie: iuxta formā traditam per for. viii. sub ti. de homicidijs et alijs criminibus, in volu. derog. fol. 29. als for. vlti. sub ti. de homicidijs et alijs criminibus, fol. 143. nō obstante absen

tia accusati, poterit, et potest procedi usque ad sententiam definitivam etiam condennatoria inclusive: habendo litem pro contestata et negata, et producta pro non productis, sicut in processu civili. et in omnibus alijs sequemur formam dicti ordinarij processus. Sed licet in predictis casibus possimus vti (ut dictum est) dicto processu criminali ordinario: nostris temporibus iam non utimur illo, sed si aliquando intentatur, fit ratione iuramenti prestiti in instrumento comande: ad effectum ut debitor inchartetur, et possit capi, et extrahi a quacunque domo. Si enim ratione dicti instrumenti comande non procedendo criminaliter modo predicto, mandetur procedi ad captionem persone: dictus debitor extrahi non potest a domo aliqua.

De processu inquisitionis contra officiales,



Ircum inquisitionis materiam, sufficiet nonnulla ad notare, ex quibus forma procedendi latius deprehenditur, cum extra ordinem procedatur.

Inquisitio generaliter est de foro prohibita, cum omnia in Aragonia fiant ad partis legitime instantiam, ut traditur in obser. 1. de generali. priuil. fol. 21. al's fol. 27. et in obser. 1. de priuilegio gener. fol. 32. al's fol. 41. et sunt etiam alij fori et obseruantie. fallit tamen hec regula in nonnullis casibus, ut ex sequentibus constabit.

In quibus casibus in Aragonia inquisitio locum habeat.



Quod est dominus Rex per se, seu commissarios ipsius inquirere contra suos officiales, et rerum eiusdem administratores, procuratores, baiulos, iustitias, merinos et reddituum recuperatores, ut in predictis obser. cauetur.

Methodus procedendi

Quilibet commissarius et inquisitor officialium tam generalis quam particularis, antequam procedat ad exercitium officij, tenetur iurare, seruare foros et obseruantias Regni, disponētes circa inquisitionem, vt dicitur in foro edito per serenissimū Principem anno. 1553, sub tit. del officio de inquisitor, et dictum iuramentum tenetur prestare penes notarium inquisitionis, iuxta for. 1. tit. de iuramento prestando, fol. 38. als fol. 57.

Officiales iurisdictionem exercentes, ac potestatem ordinariam, aut subdelegatam, vel nudum ministerium, sunt inquirendi infra tres annos, a die quo fuerunt perfuncti officio, vt traditur in foro de inquisitione faciēda, fol. 179. als fol. 118. Quo etiam foro cauetur, officiales durante inquisitionis processu ab officio suspendi non posse, nisi post publicationem constaret de delicto, propter quod essent priuandi officio.

Officialis exercens iurisdictionem, non potest capi si firmauerit de stando iuri, nisi infra duos dies fieret fides, per confessionem aut scripturam vel testes de crimine propter quod veniret condemnandus ad mortem, seu membri mutilationē, vt statuitur in foro. 2. de fir. iuris, fol. 137. als for. vlti. dicti titu. fol. 90. Quo etiam foro disponitur, officiales inquirendos extrahi non posse a locis, vbi exercent iurisdictionem, nec teneri aliquid soluere de processu originali, sed solum pro copia tres denarios pro folio. Et casu quo sint absoluendi, non debere soluere aliquas expensas, nec sportulas inquisitori, nec notario, sed tantum acta defensionem tangentia.

Sententia in inquisitionis processu prolata, siue absolutoria sit, siue condemnatoria, non preiudicat parti cuius interest, quin illa possit accusare, vt traditur in foro. 1. de gener. priuileg. fol. 12. als fol. 181.

Electo commissario, ad inquirendum contra regios officia

les, coram eodem ad instantiam procuratoris fiscalis sue maiestatis, contra officialem inquirendum offertur petitio, et fient probationes et publicationes. Quibus factis, tempus competens assignabitur dicto officiali, ad se defendendum, et deinde assignabitur ad contradicendum. Qui processus postquam fuerit instructus, et per aliquam partium pronuntiari sit petitum, est pronuntiandus intra tres menses per commissarium, ut traditur in foro unico anno, 1547. per Serenissimum Principem Philippum edito sub tit. de officio inquisitorum officialium. fol. 32. Qua sententia lata super recto, solum licebit habere recursum ad dominum Regem.

De processu accusationis contra officiales regie audientie.



Regens cancellariam, Assessor Regentis officium generalis gubernationis et consiliarium Regie audientie, licet possint accusari ut officiales delinquentes in curia iustitie Aragonum, et etiam possint inquiri per commissarios Regios. Possunt etiam accusari, et denunciari ad instantiam procuratoris fiscalis, et partis, seu alterius illorum iuxta forum, 2. sub tit. de la inquisicio contra el vicecancellor, fol. 68. als sub titu. de inquisitione officialium et consiliariorum Regie audientie, fol. 279. in quo foro traditur iudicium et forma processus adeo late quod hic in presentia non est opus explicare.

De processu inquisitionis contra iustitiam Aragonum eiusque locumtenentes et officiales.

Methodus procedendi



In ante foros Calataiubij et Cesarauguste de inquisitione Iusticie Aragonum, procedebatur contra dictum iusticiam, locumtenetes, notarios principales et virgarios eorundem in suis officijs delinquentes, alio modo quam iuxta dictos foros, ut enim statuitur in foro. 1. de officio iusticie Aragonum in volumine derogatorum constituto, fol. 12. als fol. 81. eligebantur quatuor persone, in curia generali per dominum Regem, ex octo personis per curiam nominatis, qui ad solam partis private denunciationem, tenebantur inquirere. Que inquisitio erat facienda tribus mensibus, Januario, Febuario et Martio: et erat dicta inquisitio inpublanda per dictos inquisitores, in primis curijs antequam ad aliquos actus procederetur, et dabatur copia denunciations, procedendo iuxta foro. 2. dicti tit. et fol. de offi. iusti. Arago. sub volumine derogatorum fol. 12. als fol. 82. et causa habita pro conclusa, et illa usque ad diffinitivam sententiam ducta, non poterat in actibus curie ulterius procedi, donec predicta denunciations essent diffinitiva sententia terminate, que pronunciations erant faciende per dominum Regem et quatuor brachia concordia, aut maiorem partem cuiuslibet dictorum brachiorum. Si vero uti private persone predicti iusticia et eius locumtenetes, et notarii principales, et duo virgarii ordinarii, delinquebant, non poterant per quempiam officialem capi, nec citari: sed ad dominum Regem et curiam generalem erant remittendi. Et etiam non sperata curia predicti locumtenetes notarii et virgarii poterant coram iusti. Arago. accusari, ut predicta statuunt in foro Vat fia, de officio iusti. Arago. fol. 21. als fol. 119. Hunc vero contra predictos est alia forma et modus procedendi traditus per foros Cesarauguste sub tit. forus inquisitionis iusti. Arago. fol. 76. als fol. 218. Qui omnes fori sub dicta rubrica sunt servandi, et processus inquisitionis termini prescribuntur copiose et aperte in foro incipi. Et porque cerca la inquisicion, fol. 78. als fol. 220. sub dicto tit. qui processus est actrandus hispano sermone, nec est necessarium denunciationem subscribi iuxta foro. De formulis sublatis Calataiubij

causibus, ut in dictis foris notatur. tamen ut dicitur in foro. Item
ordena su Alteza, dicti titu. foris inquisitionis 7c. fol. 78. als fol.
252. sub titu. fororum. Circaque propter nonnulla verba latina
in predictis denunciationibus interposita, predictę denuncia-
tiones non viciantur, nec sunt nullę, iuxta quorum fororum for-
mam possunt denunciari supraiunctarij, et eorum locum tenen-
tes, portarij, virgarij, quicumque alguazirij, ut proditur in foro
statuimos y ordenamos, de supraiunctarijs, fol. 35. als fol. 171.
Et etiam notarij substituti, per regentes principales curię ius-
titie Aragonum possunt denunciari, ut dicitur in foro ultimo
sub titu. foris inquisitionis offi. fol. 84. als fol. 252. sub titu. que
el fuero dela inquisicion 7c. in quibus denunciationibus et ear-
um oblatione per denunciante[m] est offerenda cautio idonea
super expensis, ut traditur in foro. Item porque la facilidad de
denunciar, sub dicto titu. foris inquisitionis 7c. fol. 83. als fol.
265. sub titu. El que no denunciar 7c.

Aduertendum tamen, quod illa que dicta sunt de iusti. Arago-
et eius locum tenentibus, notarijs principalibus, et virgarijs debere
remitti modo predicto quando delinquant ut priuate persone,
nondum sunt correpta per foros predictos. Cesarauguste edi-
tos sub titu. foris inquisitionis iustitie Aragonum. fol. 76. als fol.
218. loquuntur enim dicti fori quando delinquant in suis officijs,
quod possunt denunciari sic, et veluti in eisdem continetur.

De processu calonie homicidij.



Dominus Rex, ut traditur in obser. 5. Item merin-
tit. de homicidio. fol. 26. als fol. 34. et obser. Item
calonia. ti. de gen. privilegi. fol. 21. als fol. 27. ex so-
la fama habet homicidij calonia[m], dummodo con-
stet de morte actualiter facta que mors est legitima
me probanda, et quod actualiter fit facta, et quod fit fama publica illi
a quo petitur calonia homicidium commississe.

Methodus procedendi

Si plures fuerint in rixa, et vnus illozum ensẽm distinxerit, et est incertum quis homicidium commiserit, vt dicitur in obser. Item obseruatur de consuetudine, dicti titu. de homicidio poterit dominus Rex petere caloniam, a quo maluerit.

Si homicidium a patre seu matre petatur, non exigitur per famam publicam nisi legitime probetur filium homicidium petrasse, videatur obser. titu. Ne pater vel mater, fol. 6. als fol. 8.

Si quis in loco populato, seu eremo mortuus inuentatur, nõ potest tolli, nec sepeliri sine licentia Merini, et qui sine dicta licentia cadauer extulerit, soluet caloniam homicidij, licentia autem est danda sine aliqua pecunie exactione, vt in foro vnico titu. de eleuatione corporum, fol. 180. als fol. 61, et in obser. 3. ti. de homicidio, fol. 26. als fol. 34.

Si duo inuicem se interficiant, vt notatur in obser. Item si duo, dicit titu. de homicidio, ab vtroq; exigitur calonia. Repe- titur calonia etiam ab illo qui seipsum interfecit, si accusetur de aliquo delicto, quo probato deberet bona amittere, vide obser. Item si aliquis se interficiat, eo. tit.

Homicidij calonia non leuatur, si interfectus sit infans, vide forum. 1. tit. de iniurijs, fol. 177. als fol. 34. et obser. Item percutientes, tit. de priuileg. militum, fol. 20. als fol. 26.

His propositis quãdocunq; euenerit casus, quo calonia ho- micidij possit extorqueri, fiet processus per merinum, absq; ali- qua partis citatione, per viam inquisitionis. Et vbi constititerit homicidij caloniam posse peti, fiet condemnatio, et condemna- tus compelletur ad soluendum per executionem bonorum, et venditionem eorundem, non seruato ordine fori. Et si condẽ- natus bona non habuerit, per captionem persone eiusdem, vt in fine obser. Si q; arrendauerit titu. de pigno, fol. 2. als fol. 5.

in quo quidem processu, si pars se opposuerit est admittēda ad se defendendum, si se defendere voluerit. Que defensiones poterunt offerri etiam in processu grauaminum factorum, seu faciēdorum. vide for. 1. tit. de merinis fol. 30. als fol. 170. In quo foro ideo dicitur grauaminum factorum seu faciēdorum, quoniam si fiat electio iurisfirme, et illa presentetur in predicto processu calonię homicidij, est prosequenda tanquam firma grauaminum factorum, iuxta for. Querentes dar buena expedicion, tit. de firmis iuris, fol. 138. als. fol. 207. Si vero presentetur executioni, est prosequenda iuxta for. de Voluntad dela cort, eo. titu. et fol. vt innuit for. vnicus sub titu. actus curię super redditibus regalibus, fol. 104. als fol. 216. Qui processus est conficiendus infra annum, a die quo dicitur homicidium commissum, nisi impedimentum fiat per firmam aut appellationem. Quo processu infra annum facto, etiam elapso anno poterit fieri executio, dummodo fiat infra annum a die quo fuerit factus processus, nisi infra dictum annum debite diligentie fuissent facte, vide dictum for. de Merinis, fol. 30. als fol. 170.

¶ Notandum tamen, quod ex quo merinus in calonia homicidij habet fundatam intentionem, non tenetur probare tempus commissi homicidij, sed pars tenetur excipere de prescriptione.

¶ De processu super diffidamento,



M Aragónia, vt statuitur in foro 2. sub ti. de pace et protectione Regali, fol. 181. als fol. 26. et in foris sub titulo de confirmatione pacis, fol. 182. als fol. 27. et. 28. sunt omnes sub regia defensione, et charta pacis protecti, et quicumque aliquem ceperit, vulnerauerit, interfecerit, bona subduxerit, vel occupauerit aut aliud dānum violenter in personis seu bonis intulerit, po-

Methodus procedendi

test vti trāsgressor chartę pacis puniri, et in bellantes siue guer
reātes inferentes damna poterat animaduerti iuxta pꝛedictū
foz. 2. de pace et protectione Regali, et iuxta obser. ytem guer
reantes, titu. de lege aquilia, fol. 11, als fol. 14, et iuxta torum. 1,
eodem titu. in volumine derogatorum, fol. 16, als fol. 98, et for.
1. eiusdem titu. in volumine derogatorum, fol. 16, als fol. 99, et
foz. 1. eiusdem titul, in eodem volumine, fol. 21, als fol. 112, et
foz. 1. eiusdem titu. in eodem volumine, fol. 26, als fol. 129. Et de
mum possunt puniri iuxta, for. 1. editum Calataiubij, titu. de
guerreantibus in ciuili, fol. 185, als fol. 195 in pꝛedictis tamen
foris, vt in eisdem significatur, non sunt comprehensi bellan
tes seu guerreantes pꝛecedenti forali diffidamento. In Arago
nia enim est foris permittum pꝛecedere prouocatione siue diffi
damento facto iuxta formam per foros traditam, lacessentes
seu diffidantes ⁊ lacessitos se inuicem posse capere, interficere, ⁊
in eorum corporibus et hominum de guerra qui cum eis fue
rint ⁊ in armis, et in equis, et in equitaturis, ⁊ etiā in castris ⁊
locis ad guerram assignatis damna inferre: et dicta castra et
loca recipere, non tamen retinere, et etiam impune est liberum
pꝛedicta fieri in personis, qui sunt factionis guerreantium, seu
vt dicunt valitorum, et in eorum armis, equis et equitaturis,
dum sunt in bello siue guerra tantum. Illis enim euntibus
ad guerram, et reuertentibus sine principalibus, nec als extra
guerram existentibus, damna inferri non possunt, Rely vero ho
mines ⁊ mulieres, et bona diffidantium ⁊ diffidatorū, et etiam
valitores, pꝛeterq̄ dictis casibus ⁊ temporibus, sunt sub Re
gia defensione, et charta pacis protecti, et si aliquod damnum
per pꝛedictos guerreantes fuerit illatum, diffidamentum pꝛe
dictum non impediet, quin possit accusari ⁊ puniri, vt pꝛedi
cta statuuntur in for. 1. titu. de ferma diffidamenti, fol. 184, als
for. unico dicti titu. fol. 26, et in foro. pꝛedicto. 2. titu. de pace et
protectione Regali, et in foro. 1. pꝛedicto de confirmatione pa
cis, fol. 182, als fol. 27. §. Item statuimus q̄ nullus baronus,
et in foro. 2. dicti titu. et fol. in. §. Item q̄ nullus baronus, als

28, et in eodem foro in. 5. Item si aliquis filius dalgo, et in foro vnico titu. de pace et rebus guerreantum, fol. 184. al's fol. 42. et in obser. Item iuxta chartam, titu. de priuilegijs militum, fol. 20. al's fol. 27. et duabus precedentibus. et in obser. Item in Aragonia quātūcūq; ti. de gene. priuile. fol. 23. al's fol. 29. et in obser. 1. 2. et 3. titu. de forma diffidamenti, fol. 24. al's fol. 31. Quę autem forma in predictis foralibus diffidamenti est seruanda et qui processus sit faciendus, nostri instituti est in presentia dicere, ad hunc enim scopum predictimus alia, vt diffidamentorum materia rectius comprehendatur, si tamen hoc prius admonuerimus, nos arbitrari dictum diffidamentum et bellum ob eam causam foris esse permillum, quam in secundo libro chronicozum Regis Ferdinandi electi, Laurentius Clalla loquens de aduentu dicti Regis in vrbem Cesar augustanam per digressum refert his verbis. Est quidem hic apud illius gentis proceres mos, siue equa siue iniqua ratione introductus impune inter se certamina conserendi, quo pugnationes reddantur, si belli terror a duobus potentissimis Regibus ingruat, vtrunq; latus prementibus Francię atq; Castellę, sed Regię potestatis fulgor quoties iusta causa subest, gliscentia hęc simultatum certamina quasi nubila repellit et discutit.

Illis dictis forma diffidamenti hęc est, quādocunq; aliquis dux, comes, baro nobilis, miles, infantio, seu alius quicumq; de morte, seu iniuria consanguinei, et seu de iniuria sua, seu dāno, et seu alia re qua pretendat affectum esse iniuria, seu damno conqueratur, et expostulet, cupiens vindictam assumere, potest diffidare, et acceptato diffidamento, et seu non acceptato per diffidatum, si diffidamento non firmauerit, possunt predicta impune fieri. Prouocans igitur siue diffidans, si fuerit dux, comes, baro, nobilis, miles, siue infantio, poterit duobus modis diffidare: vno iuxta foros antiquos, altero vero iuxta forū vltimū, sub ti. de forma diffidamenti, fol. 184. al's for. vnicū fol. 150. Iuxta ergo proxime dictū forū prouocans cōparebit coram dño Rege

Methodus procedendi

seu locum tenenti generali, primogenito, Regente officium generalis gubernationis, et iustitia Aragonum, seu altero illorum, et mediante notario et tribus testibus, nobilibus aut militibus, si diffidans fuerit dux, comes, aut vicecomes, aut nobilis: et tribus testibus militibus, aut infantionibus, si diffidans fuerit miles, seu infantio: et offeret et presentabit coram illis cedula[m] seu chartellum diffidamentorum exprimens iniuriam et causas quibus inducitur ad diffidandum, ob quas illis melioribus via, modo et forma quibus de foro illi est permillum illum diffidat ei[us] indicit bellum iuxta foros permillum, et ubicunq[ue] in uenerit assumet vindictam de eius persona et bonis, in quibus de foro illi est permillum vindictam assumere et damna inferre, et si voluerit licet non sit necesse, poterit aliquod castrum seu locum ad guerram assignare. Et oblata dicta cedula seu chartello, diffidans dicet, q[uod] presentibus testibus, illos nominando et exprimendo illorum conditionem, iuxta predictum forum procedendo prouocat et diffidat nominatum in chartello, et supplicat iudici, coram quo comparebit, quatenus per literas notificet dictum diffidamentum diffidato, cum sit paratus expensas ad id necessarias soluere. Et dictus iudex concedet literas intimatorias directas diffidato de premissis, et tenetur intra viginti dies dictum diffidamentum notificare diffidato, et deinde intra decem dies tenetur notificare diffidanti notificationem factam diffidato, et responsionem quam fecit diffidatus, si forsitan responderit, et currunt decem dies pro inducijs diffidato a die quo predictum diffidamentum fuerit sibi notificatum facie ad faciem, intra quos diffidans nihil potest attentare.

Quius vero et homines conditionis, tenentur in diffidamentis seruare formam fororum antiquorum. Et etiam predicti duces, comites, barones, nobiles, milites et infantiones, si noluerint sequi formam predicti fori, sub titulo de forma diffidamenti, poterunt sequi formam predictorum fororum antiquorum, in manu enim illorum est alterutrum velint eligere. Fororum autem ant

tiquorum forma est illa, que traditur in foro. 1. titu. de forma dif-
 fidamenti, fol. 184. als fol. 26. iam desuper allegato, et in .s.
 Item statuimus qd nullus baronus. et in .s. Item qd nullus
 baronus, sub dictis titulis de confirmatione pacis, et in foro
 predicto secundo eodem titu. de forma diffidamenti, fol. 184.
 als for. unico eiusdem titul. fol. 61. Juxta quos foros prouocās
 si fuerit baronus, nobilis, miles, seu infantio, mediante nota-
 rio et tribus testibus militibus seu infantionibus, et si fuerit ci-
 uis, adhibitis tribus testibus ciuibus, et si homo conditionis,
 existentibus dictis testibus consimilibus. Qui notarius co-
 gnoscat diffidantem, et diffidatum diffidabit instrumento pu-
 blico inde confecto cum chartello seu cedula, cum inducijs de-
 cem dierum, eo modo coram notario, non adito iudice, que
 admodum est dictum superius in diffidamento facto per du-
 ces, comites, barones, milites, nobiles et infantiones debere
 fieri coram predictis iudicibus. Et requiret notarium, vt no-
 tificet dictum diffidamentum diffidato, et a notificatione cur-
 rent dicti decem dies induciarum: quibus preteritis diffida-
 mentum poterit effectum sortiri. Aduertendum tamen, qd si
 diffidatus noluerit diffidamentum acceptare, potest bellum
 euitare negando factum et iniuriam, et seu iure factum fuisse,
 affirmando et firmando super dicto diffidamento coram iu-
 dice competenti, de stando iuri et defaciendo ratione pre-
 missa diffidanti iustitie complementum, et notificata pre-
 dicta iurifirma diffidanti, cessat diffidamentum et bellum, vt pre-
 dicta notantur in predicto foro secundo de pace et protectio-
 ne Regali. et in obser. Item iuxta, titu. de priuilegijs militum,
 fol. 20. als fol. 27. et in dicta obseruan. vltima. sub titu. de for-
 ma diffidamenti.

Aduertendum tamen, qd licet forus secundus, titu. de guer-
 reatibus in ciuili, fol. 186. als, 196. dicat dominum Regem et
 officiales nominatos in dicto foro posse guerreantes non pre-

Methodus procedendi

cedente predicto diffidamento forali facere desistere, et per consequens videatur, quod non possunt facere desistere bellantes sub dicto diffidamento. At tamen dicunt aliqui, quod iuxta predictum primum forum de pace et protectione Regali, et iuxta primum forum, titulo de confirmatione pacis, fol. 182. als fol. 27. §. Sub hac pace constituimus quod si aliqui, domini Reges possunt ex quo dicti fori loquuntur generaliter, facere desistere bellantes, etiam cum predicto diffidamento iuvando partem obedientem, aduersus inobedientem. Et si ambe partes fuerint inobedientes, dicunt, quod potest illas facere desistere conuocatis iunctis. Furati etiam CesarAuguste ex statutis dictos guerreantes possunt a dicta Ciuitate et terminis expellere, et hec de forma diffidamentorum. De forma autem batallę, hic dedita opera dicere omisimus. Quę olim erat foris permissa, quoniam illius iudicium et alię purgationes sunt iam prohibite et etiam per non vsum abolite. Erat autem batalla, duellum siue monomachia, et seu bellum inter duos dumtaxat. Quo bello in plurimis casibus in foris expressis reprobatus se poterat saluare et batallam firmare, cuius duelli forma est tradita in foro primo. De duello, fol. 184. als fol. 35. Quod duelli iudicium an locum haberet relinquebatur iudicis arbitrio, vt notatur in for. vltimo de iureiurando, fol. 4. in volumine derogatorum, als fol. 14.

De occupatione temporalitatum.



Si aliquod facti impedimentum Regis officialibus, seu eorum prouisionibus, in his que possunt cognoscere, per quenquam iudicem seu personam ecclesiasticam fuerit factum, et seu per aliquas personas ecclesiasticas iurisdictio secularis indebite fuerit turbata, vel de facto impedita: seu exorta

contentione inter iudicem ecclesiasticum et secularem, super iurisdictione, si iudex ecclesiasticus debitum honorem non seruauerit iudici seculari, ad instantiam procuratoris fisci predictis casibus per curiam iusticie Aragonum possunt bona et temporalitates dicti iudicis, et persone ecclesiastice occupari: ante quam occupationem faciendam, ut plurimum solent dicto fisco instante, dicti iudices et persone ecclesiastice moneri per iustitiam Aragonum, seu eius locumtenentes, ut intra certum terminum ab attentatis desistant, illaque reuocent, et in debitum statum reducant, et iurisdictionem reintegrent. Quibus monitis offertur appellitus occupationis temporalitatum, coram locumtenentibus dicti iusticie Aragonum per dictum procuratorem fisci, et constituto de premissis, in quibus dicta occupatio locum habet, mandantur occupari quibus fructus et emolumenta beneficiorum, ac alia quecumque bona dicti iudicis, et persone ecclesiastice nomine curie iusticie Aragonum. Quibus occupatis, poterit etiam eligi commissarius, expensis dicti iudicis et persone ecclesiastice ut dicta bona nomine dicte curie teneat et conseruet. Que occupatio eo usque durabit donec predicti iudices et persone ecclesiastice cessauerint ab attentatis, illaque reuocauerint et reducerint in debitum statum, et si que damna et expense fuerint facte illas soluerint:

De appositione pendonum.



Appositio pendonum in Aragonia, nil aliud est quam quedam apprehensio alicuius loci, domini temporalis, respectu iurisdictionis et dominicature, reseruatis tamen omnibus emolumentis, et iuribus dicto domino, que fit propter resistantiam alicui officiali factam, ita quod fuerit impeditus aliquam prouisionem exequi, et fit per iustitiam Aragonum, ad instantiam pro cuius

Methodus procedendi

ratoris fiscalis. Quo casu eligitur commissarius per dictum
Justitiam Aragonum, ad exercendam predictam iurisdictionem
in predicto loco, cui ex consuetudine solet expensis do-
mini taxari arbitrio dicti Justitię, et etiam solet nominari no-
tarius cū commissario, cui similiter de salario prouidetur.

C Apponuntur autem pendones, constituto de resistentia per
instrumentum, seu processum: facta tamen ante omnia per ip-
sum officialem representatione ante dominum loci, seu eius
officiales seu iuratos, et seu aliquem eorum, et etiam casu quo
aliquis predictorum non reperiatur facta representatione co-
ram aliquo ex habitatoribus dicti loci, seu in loco magis pu-
blico loci.

C Si antequam officialis se possit representare, seu in ipsa re-
presentatione impediatur: etiam habebit locum appositio pen-
donū, si notarius et officialis ita fuerint impediti, q̄ notarius
non possit instrumenta conficere, hoc enim probato per testes
poterunt apponi pendones. nuncq̄ autem predicti pendones
tolluntur, donec executio sit adimpleta, et facta emenda parti,
et culpabiles de dicta resistentia puniti, sunt etiam confide-
randa damna illata dicto officiali, et comitantibus eum.

C His premissis, oblato appellitu in quo narratur resisten-
tia facta dicto officiali, facta fide de instrumento, vel processu
resistentię, aut a se probata resistentia per testes, quando no-
tarius fuit impeditus et non potuit instrumenta conficere,
et probato tali impedimento, mandabitur dictus locus ad
manus iustitię Aragonum apprehendi, in quo fuit facta resi-
stentia, respectu iurisdictionis civilis et criminalis, et omnis
dominicature eiusdem, et mandabitur apprehendi castrum
in quo commissarius eligendus ad predictam iurisdictionem

exercendā possit habitare. Qua prouisione facta, cōcessis literis necessarijs per ipsum iustitiam Aragonū, ante seu post executionem illarum eligerur cōmissarius, qui prestito per eum iuramento penes dictum iustitiam Aragonū, et sibi concessis literis, apprehenso per officialē dicto loco, respectu predictę iurisdictionis, ac castro predicto, vt in eo possit dictus commissarius habitare, presentabitur cōmissionis pūisio per dictum cōmissarium officiali qui predictos pendones apposuit. Qua presentata, ad cautelam, per dictum officialē mittetur in possessionē dictus commissarius dicti castri apprehensi, et committerur sibi locus respectu dicte iurisdictionis. Qui in continenti vt omnia innotescant, mandabit si voluerit, notificari voce preconiā predictam apprehensionem, et cōmissionē, et reuocabit omnes officiales, et creabit alios de nouo. Quā iurisdictionē tenetur iuxta for̄ exercere, in quo quidem appositionis pendonū p̄cessu, si agatur ad amotionem dictorū pendonum, p̄cedetur summam, oblati hincinde cedulis, vide, for̄. 3. ti. de consultationibus, incipi. Verum cum ratione resistentiarū, fol. 142. al̄s fol. 91. et *Volinum* in verbo resistentia.

De appellitu super crimine stellionatus.



Si aliquis vendiderit, vel obligauerit rem venditam seu obligatam alteri, si non soluerit secundo creditori qđ mutuauit eidem, vel rē habere fecerit secundo emptori, vel composuerit cum eo, potest capi, et si secūdus creditor vel emptor voluerit eum tenere captum, quousq; sibi satisfecerit, potest. vt predicta statuuntur in obser. Item si aliquis, titu. de emptione et ven. fol. 12. al̄s. 16. et in obser. Item si ali

Methodus procedendi

qua. titu. de rerum testatione. fol. 3. als fol. 5. Quodcumque ergo creditor seu emptor secundus voluerit ut ad captionem predictam procedatur, comparebunt coram iudice offerentes appellitum, in quo respectiue deducunt obligationem, et emptio- nem sibi factam, et etiam venditionem et obligationem factam ante per dictum vendentem seu debitorem. Et his probatis, procedetur ad captionem persone, et consimiliter in casu obser. si. dicti titu. de emptione et venditione. et obseruan. si. de cessione bonorum, fol. 3. 2. als fol. 41. potest etiam procedi ad captionem persone, et ante prouisionem dictorum appellituum prestabitur iuramentum per offerentem, esse veros et non fictos, et fideiussoria cautio,

De processu ad assecurandam personam.



Omnes, ut statuitur in foro sub titulo de confir- matione pacis, fol. 182. als fol. 27. et in foro titu. de violatoribus etc. fol. 181. als fol. 52. sumus sub Regia protectione protecti: ceterum quo assecu- ramenti violatoribus grauior pena infligatur, quotiescumque aliquis ab alio damnum sibi inferendum fore per- timuerit, poterit efficere, ut ad assecurandum eius personam et bona compellatur. Oblato igitur coram iudice citationis chartello pre- stito in oblatione ipsius iuramento, prestitaque fideiussione, in quo chartello debet quis citari ut certo die compareat ad of- ferendum rationes, quare assecurare non debeat. Et in eos- dem etiam chartello, ut traditur in obser. de usu, titulo de cita- tione, fol. 9. als fol. 12. Si periculum impenderit, facta inhibicio- ne, ne citandus interim citationis termino pendente donec asse- curauerit, aliquod damnum inferat, predicta citatione execu-

tionem tradita, si citatus siue fuerit deprehensus, seu in domibus eius habitationis, ut dicitur in dicta obseruan. de usu, et etiam traditur per obseruan. secundum usum, dicto titulo de citatione, et in obseruan. Item nota quod homo, titulo de contumacia, fol. 28. al's fol. 36. Si non comparuerit, protinus propter periculum inchartabitur, et pro inchartato publicabitur, deinceps procedetur ad captionem eius persone: qui detinebitur, donec predictum assecuramentum presterit. qui si comparuerit, cum assecuramentum impediri non possit, si ubi fuerit mandatum fieri assecuramentum, non assecurauerit: procedetur ad captionem eius persone, qui quidem citandus pro predicto assecramento, ut notatur in obseruan. magna, eo. titulo de citatione, fol. 9. al's fol. 10. poterit per quemcumque iudicem in eius districtu compelli ad id faciendum, et etiam per supraiudicarios, quod assecuramentum, ut traditur in obseruan. Item nullus, sub titulo de proditionibus, fol. 28. al's fol. 36. fieri non potest, nisi per partem legitimam, aut per procuratorem speciale mandatum habentem: cum assecuramentum sapiat causam criminalem. Sed notandum, quod requisitus ut assecuret, non tenetur assecurare, nisi et ipse assecuretur si fuerit petitum, nec generaliter sunt assecurandi valitores, nisi specialiter nominentur, que autem sit pena fractoris assecramenti, traditur per obseruantias titulo de proditionibus, fol. 28. al's, fol. 36. et etiam vide repertorium sub verbo fractor assecramenti.

De processu contra illos
 qui prestant auxilium alienigenis, ut obtineant dignitates in Regno.

Methodus procedendi



Relature, dignitates, et alia beneficia ecclesiastica presentis regni, fuit statutum per forum .1. tit. de prelaturis, fol. 1. al's fol. 106. non posse obtineri per alienigenas a dominatione Regis Aragonum. et deinde per for. 2. 3. et vlti. eiusdem tit. et folij de prelaturis, al's fol. 286. et 287. non posse obtineri nisi per naturales, et verenatos in Regno, exceptis Archiepiscopatu Cesaraugustano, et episcopatibus, et contra dictos alienigenas accipientes seu occupantes possessionem dictorum beneficiorum, et aduersus aduocatos, procuratores, sollicitatores, scribas, tabelliones, testes, iudices, factores et dantes quocumque modo opem et fauorem dicto extraneo, potest procedi iuxta dictum for. 1. titu. de prelaturis, videlicet emparando fructus dictorum beneficiorum, et procedendo ad captionem personarum predictorum, et si fuerint laici, immittendo eos in carcerem iudicij secularis, si vero clerici remittendo ad ordinariu, si autem prelati, temporalitates eorum occupando, formam predicti fori seruando: et etiam iuxta dictos foros 3. et 4. dicti tituli probando possidentem beneficium esse alienigenam, illud ad instantiam cuiusuis singularis, et etiam procuratoris Regni, poterit apprehendi, et dicta apprehensione fructus sunt conseruandi regnicole, cui fiet prouisio de beneficio, et etiam si beneficium ad instantiam extranei fuerit apprehensum: et sit prouisio apprehensionis bis confirmata, ad instantiam cuiusuis singularis Regni ministrata informatioe, antequam fiant preconia, qua constabit apprehendentem non esse regnicolam, prouisio apprehensionis. 3. rev. cabitur,

De processu executionis sententie late in processu criminali per iudices ordinarios inferiores cum literis Regie audientie seu curie iusticie Aragonu.



Ne crimina impunita remaneant, fuit statutum, q[uo]d ubi aliquis fuerit per aliquē iudicem inferiorem in processu absentie condemnatus pro aliquo crimine expresse in foro ultimo, Como circa la p[un]nicion, ti. de homicidio, fol. 167. als fol. 191, pos[itu]m sit per quosuis iudices ⁊ executores capi, cum literis domini Regis, eius locumtenentis generalis, primogeniti, regentis officium generalis gubernationis, iustitie Aragonum ⁊ eius locumtenentium. Que litera obtinebuntur ad solā productionem sententie condēnatorie. Extracto igitur instrumento sententie, nos representabimus coram predictis iudicibus, seu aliquo illorum, seu Regentibus cancellariam, seu assessore Regentis officium generalis gubernationis, facientes fidem de dicto instrumento. Quo facto, concedentur literę captionarie, vt condemnatus possit capi, ubicunq[ue] reperiat[ur] intra Regnum: ⁊ eo capto ducetur ad iudicem concedentem dictas literas, et eo ducto, remittetur ad iudicem qui illum condemnauit, vt sententiam executioni tradat, vt dicitur in foro predicto, et idem statuitur in foro, ti. de raptu mulierum, fol. 164. als fol. 111.

De processu super notorio,



Tiam si iudicis officium non habeamus, vt tamen iudicibus causarum cognitionem habentibus debitus honor ac reuerentia prestentur, potest quilibet iudex agere ex officio contra eos, qui sibi aut alijs in suo conspectu contumeliose aliquid aut dixerint aut fecerint, ex tali enim cōtumelia facta aut dicta coram iudice causatur notorium, vt habetur in obseru. Item in extrajudicialibus, de iniurijs, fol. 27. als fol. 316, et in obser. de consuetudine Regni, ti. de gener. priuil. fol. 33. als fol. 42. Processus autem super notorio est confestim conficiendus

Methodus procedendi

sine digressionem ad alios actus, al's est nullus, vt aperte disponitur in foro. 1. ti. de processu super notorio, fol. 48. al's fol. 135. sententię autem promulgatio 7 pene impositio potest in aliud tempus differri. Et potest hic processus per iudicem fieri sola testium probatione, sine notario nec scriptura, si copia notariorum haberi non poterit. Si autem, q̄ citius notarium habere poterit, faciet predicta ad modum processus in scriptis redigere. Que autem pena possit pro verbo contumelioso infligi, quando aut ipsi iudici, aut alij coram dicto iudice fuerit dictum, vide foro. 2. dicti ti. super notorio, fol. 48. al's fol. 198.

De processu qui potest

fieri summam contra me-
ros executores.



Notarij, virgarij 7 alij executores, 7 eorum notarij, quoties exceſſerint seu deliquerint in prouisionibus sibi presentatis, seu alto quocunq; modo, afficiendo grauamine partes, ad quorum instantiam ibunt ad exequendum aliqua, 7 seu illos contra quos aliquid erit exequendum: iudex a quo prouisio emanauerit, potest cognoscere de grauaminibus 7 delictis comisſis per dictos officiales ad instantiam partis seu ex mero officio nulla solennitate fori seruata, vt iudici videbitur. Que sententia est priuilegiatim exequenda, vt statuitur in foro vnico, ti. de la submissie contra otros, fol. 96. al's fol. 275. Illato igitur grauamine, pars grauata poterit offerre querelam contra meum executores, concludendo ciuilitur seu criminaliter contra illum, 7 seu ciuilitur 7 criminaliter, allegando dicto executori fuisse literas presentatas, et deducendo grauamen 7 delictum quod intulerit 7 comisſerit, 7 audito executore summam procedendo, vt predictum est, proferetur sententia.

De processu contra notarium alicuius processus qui fuit amissus.



Si aliquis processus fuerit amissus seu occultatus, notarius dicti processus tenetur ad interesse et damna, aut reformare processum eius expensis, ut disponitur in foro sub tit. de los procesos que se pierden, fol. 40. als fol. 276. Contra quem notarium agetur ad condemnationem interesse et damnorum, seu reformationem processus summatim procedendo. Et facta declaratione per iudicem tradetur executioni privilegiam, iuxta dictum forum.

De processu ad sententiandum censuale.



Si census siue censualis contractum factum post for. tit. de censualibus et alijs debitis, fol. 111, als fol. 108. voluerimus, ut dicunt sententiare, ut privilegiam et promptam habeat executionem, comparebimus in Regia audientia, seu in curia iustitie Aragonum et seu coram alio iudice competenti, presente aliquo ex procuratoribus in contractu censualis nominatis offerentes petitionem, et assignabitur ad deliberandum. Qui procurator statim deliberando confitebitur contenta in petitione, quatenus ad contractum referuntur, reliqua vero relinquet discretioni. Quo facto assignabitur ad probandum in petitione expressa, et facta fide de confessione et instrumento censualis, et productis alijs necessarijs ad inclusionem, publicabitur, et ad contradicendum assignabitur presente dicto procuratore contractus, qui incontinenti assensu

Methodus procedendi

tiet, q̄ contradictorium oblatum pro non oblato habeatur: deinde ad dicendum ⁊ allegandum assignabitur: ⁊ ubi partes dixerint ⁊ allegauerint, assignabitur ad renunciandum et concludendum. Qua causa renunciata, habitaq; pro conclusa, petetur super prolatione sententię pronuciari. Qui processus modo predicto factus, vt innuit obser. si. ti. de elongatione debitorum, fol. 29. als fol. 38. ⁊ obser. 1. ti. de probatio. facien. cum charta, eodem fol. dicitur fieri ad modum ferranię. Sententia autem lata, procedetur priuilegiatim iuxta dictum forū de censualibus in ipsius executione: ⁊ obligati precedente appellitu poterunt capi, ⁊ etiam a proprijs domibus extrahi. Que executio cum sola sententia seu eius transumpto poterit obtineri etiam per heredem seu in ipso censuali ius habentem, facta fide de iure suo.

De processu super executione commande.



Ro instrumento publico commande fit executio priuilegiatim iuxta forum. ti. de la execucion priuilegiada de carta de encomienda, fol. 112. als fol. 271. iuxta formam dicti fori obtinetur dicta executio ad solam ostensionem instrumenti iuxta forum vlti. incipi. *Item statuimus*, ti. de executione rei iudicate, fol. 137. als sub t. fori Aragonum editi ꝛc. fol. 231. Et dicte literę sunt hispano sermone expediende, iuxta forum. ti. de sublatione solutionis, fol. 49. als fol. 283. forus tamen predictus incipi. *Item statuimos*, per abusum non seruatur, qui esset seruandus. Et si in instrumento commande sit apposita clausula, q̄ placeat obligato q̄ facta seu nō facta discussione in eius bonis, possit procedi ad captionem eius persone: poterit etiam procedi priuilegiate iuxta dictum forum. de la execucion priuilegiada ꝛc. et fiet prouisio de capiēdo, oblato appellitu ⁊ pre-

fito iuramento quod est verus et non fictus, et oblato fideiussore super expensis, facta fide de instrumento commande, et captus detinebitur donec soluerit.

De processu super executione sententie arbitralis.



Si sententia arbitralis fuerit laudata per partes, est exequenda priuilegiata, iuxta forum vnicumti. de arbitris, fol. 44, al's fol. 242. Modus autem obtinendi executionem est, quod comparebitur et offerretur propositio, in eadem deducendo et allegando compromissum et sententiam et adimplenda per partem contra quam est obtinenda executio, et dicendo pro parte illius qui nititur eam obtinere, fuisse adimpleta omnia illa que iuxta sententiam sibi adimplere incumbebant, et facta fide de compromisso et sententia, et de instrumentis laudationum per partes, et adimplementis mandabitur fieri executio iuxta dictum forum. pene tamen compromissi sunt via ordinaria petende. Si vero sententia arbitralis non fuerit laudata per partem, contra quam nitimur obtinere executionem, probatis omnibus predictis, obtinebuntur solum literę pignoratitię.

De processu et executione ratione chirographi mercatorum.



Pro quantitate promissa in chirographo per mercatorem eius propria manu scripto, seu subscripto, potest fieri priuilegiata executio iuxta forum, sub tit. de los Albalas de mercaderes, fol. 112, al's fol. 274. Obtenturus igitur executionem, offeret

Methodus procedendi

propositionem, in ea deducendo promittentem tempore confe-
ctionis chirographi et ante esse mercatorem, deinde Albarana-
num, postea dicendo dictum albaranum esse propria manu dic-
ti mercatoris scriptum seu subscriptum, et demum petendo fie-
ri executionem, his omnibus probatis, mandabitur fieri exe-
cutio privilegiatim iuxta dictum forum. Et eadem forma ser-
uabitur in cedula mercatorum acceptatis, pro quibus potest
fieri executio, uti pro instrumento commande, iuxta forum de
cedulis mercatorum, fol. 112, editum per serenissimum Princi-
pem Philippum, anno, 1547.

De processu super executio- ne contra alienantes ius in aliquem studentem vniuersitatis.



Quotiescumque aliquis fecerit aliquam venditionem
bonorum mobilium seu sedentium, seu iurium et
actionum in aliquem studentem: si ille mouerit li-
tem, aut in lite se opposuerit, et ratione premissa
ad instantiam dicti studentis fuerit aliquis per-
conseruatorum illius veratus et citatus: faciens predictam alie-
nationem incurrit penam quatuor mille solidorum applican-
dorum parti verate, ut patuitur in foro, sub titu. de la prohibi-
cion delas alienacione de los bienes a estudiantes, fol. 117, als fol.
275. Veratus igitur coram iudice offerens propo-
sitionem seu cedulam, deducendo alienationem et instrumentum
citationis, et facta fide de dictis instrumentis, mandabitur fie-
ri privilegiatim executio.

De executione con- tra debitores vniuersitatis.



Contra economos, maior domos, receptores, collectores et administratores reipublice, per his que debuerint, ad instantiam illius seu illorum ad que seu quos pecuniarum recuperatio pertinet, potest fieri executio per iuratos, aut alios officiales universitatis, vti pro generalitatibus regni. vt predicta notantur in foro sub ti. de los receptores de las pecunias, fol. 141. als fol. 276. Qui forus fuit extensus, ad arrendatores reddituum universitatum, et alios debitores, vt dicitur in foro sub ti. de executione facienda aduersus arrendatores, fol. 141. als fol. 285. Et dicta executio fiet probato debito, priuilegiatim vt dictum est, iuxta dictum forum de los receptores. et in venditione bonorum non seruabitur solenitas fori, sed facta executione statim citabitur pars ad audiendam transam. et hec est praxis et de dicta executione generalitatum vide actum curie in libro actuum curie sub ti. Potestas Diputatorum, fol. 6. et actum curie in dicto libro sub titu. Execucion contra el arrendador y sus fianças, fol. 74.

De processu super executione contra officiales mechanicos.



Monopolia et contrarias hominum qui exercent artes manuales et mechanicas, sunt prohibite et statuta reuocata, vt dicitur in foro sub titu. vt monopolia et c. fol. 120. als fol. 50. et in foro sub titu. de la prohibicion y vieda de las contrarias, fol. 121. als fol. 270. in quo foro contra predictos officiales se congregantes imponitur pena quatuor mille solidorum, et executio obtinebitur per curiam iusticie Aragonum, ad instantiam cuiusuis singularis cum sola probatione duorum testium, vt dicitur in dicto foro de la prohibicion y vieda de las contrarias.

Methodus procedendi
De processu executionis
condemnationis voluntarię.



If aliquis in propria persona et non per procuratorem, sponte per aliquem iudicem fuerit ad soluendum aliquam quantitatem, seu quicquam aliud condemnatus, non potest a sententia appellare, nec facere electionem prosecutionis firmę grauarum factorum. Immo facta fide de dicta condemnatione, non obstante appellatione, nec electione firmę, nec presentationibus inhibitionum, est exequenda sententia, donec condemnatus soluat. vt notatur in foro incipi. Item de voluntad dela corte, sub ti. de executione rei iudicate, fol. 136, als fol. 241.

De processu literę
pignoratitię.



Iotiescūq; aliquod debitum fuerit manifestum, conceduntur literę pignoratitię, vt dicitur in obser. Usus Regni, et in obser. si. ti. de pignozibus, fol. 2, et in presentia est, ti. de rerum testatione, fol. 3, als fol. 4. Et illę sunt concedendę ad solam ostensionem instrumenti, vt notatur in foro ultimo. Item statuimos, ti. de executione rei iudicate, fol. 137, als sub ti. fori Tirafone fol. 131, si debitum fuerit parum, si vero conditionale, concedentur dicte literę purificata conditione, et cum dicto instrumento. in quibus literis mandantur pignozari bona expedita, et pignozora detineri penes officialem, donec fuerit solutum, vel aliud a iudice prouisum. Et bonis per officialē pignozatis, non poterit illa vendere, donec consuluerit iudicem prouidentem dictas literas, et donec fuerit sibi mandatum proces-

di ad venditionem. Pignozatis igitur bonis, officialis pignozans solet consulere iudicem, narrando gesta per eum in executione literarum, et consulendo quid sit faciendum. Qui iudex tenetur respondere, et mandare procedi ad venditionem bonorum pignozatorum, in qua venditione seruabitur solenitas fori, de qua superius in processu venditionis specialis obligationis diximus. Si vero in consultatione aliquis se opposuerit, procedetur summariim, et si in dicta pignozatione, tam ante consultationem, quam post, presentetur firma curie iusticie Aragonum, est susperfedendum donec dicta iurisfirma fuerit repulsa, ad repulsionem cuius est agendum iuxta for. De voluntad dela cort, fol. 138. als fol. 208, sed notandum, quod quando partes obligate in dictis instrumentis pignozatijs non viuunt, aduersus quas potest fieri executio, non conceduntur nec possunt concedi aduersus heredes, seu bonorum detentores literę pignozatię, nec executorię respectiue, sed solum literę pignozatię monitorię, ac literę executorię monitorię, quibus literis monentur, quatenus intra certum tempus, soluāt quantitatem creditori, seu bona executanda et pignozanda deserant. Quibus literis presentatis, si per monitos vt traditur in foro, ti. de citationibus et monitionibus, fol. 40. als fol. 214, fuerint corā iudice oblate rationes, non potest ad executionem nec pignozationem procedi, donec fuerit cognitum de causa. Et iudex tenetur literas susperfedimenti concedere, et oblatis rationibus contra predictos sic monitos, agatur via ordinaria, petitionem recte concludentem offerendo.

De processu prouisionis executionis contra recolligentes malefactores.



Executio fiet priuilegiatim aduersus dominos temporales, pro quantitate quinque mille solidorum in casibus et iuxta formam traditam per for. 1. ti. de receptatoribus, fol. 162, als fol. 269.

Methodus procedendi

De appellitu ad finem assecurandi curiam.



Debitor si fuerit fugitiuus ⁊ de fuga suspectus, potest capi, etiam non citatus ad finem assecurandi curiam, vt dicitur in obser. 3. ti. de cessione bonorum, fol. 31. als fol. 41. Qui creditor volens vt dicta captio fiat, offeret appellitum, in quo deducet debitum ⁊ fugam debitoris, ⁊ q̄ nō habet bona. hęc enim tria requiruntur ad prouisionem iuxta dictam obser. Quibus probatis mādabitur procedi ad captionem persone debitoris, qui captus eousq̄ detinebitur, donec soluerit, ⁊ seu prestiterit fideiussorem de stando iuri ⁊ de soluendo iudicatum, super preten- sis per creditorem,

De processu cessionis bonorum.



Qm̄ aliquis debitor per captionem fuerit grauat^{us}, si id de^{bit}erit quod non habeat executionem par^{am}, poterit recurrere ad vltimum remedium, licet miserabile, cessionis bonorum. Volens igitur cedere, comparebit coram iudice, asserendo inopem se esse, atq̄ egenum, qui propter grauem inopiam cedit omnia bona sua penes creditores, ⁊ iuxta for. 1. de iureiurando in volumine derogatorum, fol. 4. als fol. 14. est paratus prestare iuramentum, q̄ non habet vnde soluat, ⁊ etiam est paratus se obligare, q̄ quando dominus ei dabit, soluet quod poterit, ⁊ facere alia que iuxta forum tenetur, supplicando citari creditores, vt compareant ad offerendum rationes, quare cedere non possit, Quibus citatis in eorum

contumacia dicta cessio admittetur. Si autem comparuerint, procedetur summarim: et predicta cessio admissa, predictus cedens iurabit et se obligabit iuxta dictum for. de iure iu. Quibus factis, ut omnibus cessio innotescat, quo caueant postmodum cum illo contrahere, seruabitur solennitas fori, titu. de cessione bonorum, fol. 143, al's fol. 128. Omissio foro unico sub titu. Qui bonis suis cedere volunt, fol. 143, al's fol. 43. Debitor autem etiam si cesserit, potest quolibet mense siue septimana cogi per creditores ad prestandum iuramentum, an habeat unde soluat, iuxta obseru. 2. ti. de cessione bonorum, fol. 31, al's fol. 40. Cessionis vero remedium cum adeo sit factum ignominiosum, raro ad illud recurritur.

De modo se tradendi ad custodiam creditoris.



Non tam in depositis, siue ut dicitur comman- dis, et alijs instrumentis gaurentijs, hoc est habentibus executionem paratam, locum non habet cessionis remedium, ut traditur in foro unico de custodia l. fol. 144, al's fol. 128. fuit per foros datus recursus in preiudicatis debitis traditionis ad custodiam creditoris. cum enim aliquis fuerit captus, poterit petere se ad custodiam creditoris tradi. Comparebit igitur coram iudice allegando pauperem se esse, qui coactus egestate sit paratus creditoris se submittere custodie, supplicando notificari creditoris, quatenus offerat rationes, quare eum recipere non debeat: qui si recipere noluerit, debitor a captione liberabitur. Si autem receperit, imprimis tenetur vitam et membra assecurare, et quod dabit alimenta sufficientia debitori, et eum in loco decenti tenebit. itaque siti, fame, nec frigore non peribit, et de predictis fideiussionem offerre. Et si fuerint plures creditores

Methodus procedendi

ille cui est tradendus, tenetur fidelubere q̄ tenebit captum debitozem in domo propria, aut in carcere, et non permittet eum egredi. Qui creditor si predicta non seruauerit, tradendus est debitoz secundo creditori, et sic per gradus. Et tenetur etiam offerre fidesuffozem, q̄ quotiescunq; per seruitium, aut alio quouis modo debitum fuerit sibi solutum, debitozem in carcerem restituet, vt reliquis creditoribus tradatur. Que omnia predicta cauentur in dicto foro, ti. de custodia debitorum, et in obser. 1. de cessione bonorum, fol. 31. als fol. 40. et in obser. vnica, ti. comodati, fol. 12. als fol. 16. Aduertendum tamen, q̄ si debitozem in carcere detinuerit, si fuerit petitum sunt sibi alimenta taxanda, et ex consuetudine solent singulis diebus pro alimentis octo denarij taxari; poterit tamen taxari maior quantitas arbitrio iudicantis.

De processu super creatione tutoris.



In Aragonia pupilli donec decimumquartum annum compleuerint, sunt inhabiles ad se et bona regendum, et ideo mortuo viro vel vxore, filijs minoribus, ^{et} ta etate datur tutor seu tutores ratione bonorum, que habent ex parte patris vel matris. Et si pater vel mater fuerint defuncti, quandoque dantur duo seu plures tutores: vnus seu plures ex parte patris in bonis paternis, et alter seu plures ex parte matris in bonis maternis. Et predicta significantur in obseru. 1. ti. de tutoribus, fol. 18. als fol. 24. in qua etiam dicitur, q̄ ille tutor seu tutores erunt, si boni poterunt inueniri vnde bona prouenerint, ex consuetudine illud iudicis arbitrio relinquitur. In creatione autem tutoris sequens forma seruatur. Creandus enim seu alius comparebit coram iudice competenti, et in propositione seu verbo deducet et allegabit

et probabit filiationem, et mortem uxoris seu viri defuncti, et mi-
 nozem etatem pupilli, et petet creari aliquem seu aliquos in tu-
 torem seu tutores ad regendum et gubernandum personam et
 bona pupilli, et eidem dari plenam potestatem et facultatem re-
 gendi predicta, quam tutores et curatores de foro et alii possunt
 habere. Quia provisione facta, tutor seu tutores creati tenen-
 tur penes iudicem iurare bene se habere, pro viribusque bona
 pupilli administrare, et utilitatem illius procurare, et malum et
 damna que evitari possint propellere. ut statuitur in for. 2. tit. de
 tutoribus fol. 124. alii foro eiusdem tit. fol. 119. et in obser. 3. pre-
 dicti tit. de tutoribus, et etiam tenetur dare duos fideiussores.
 ut in dicta obser. 3. statuitur. Et dicti tutores ut dicitur in di-
 cto foro tenentur facere inventarium omnium bonorum pu-
 pilli, quod si non fecerint, super dictis bonis aut eorum estima-
 tione stabitur iuramento pupilli, aut eius heredis casu quo aga-
 tur contra ipsos tutores, que predicta videlicet non iurasse, nec
 fecisse inventarium, potest vnus tutorum excipere contra alium
 ad finem et effectum ne possit tutelam exercere. Et aduertendum
 etiam, quod illa que sunt de iuramento et inventario dicta, etiam
 sunt seruanda per tutores testamentarios, ut in predicto foro
 de tutoribus refertur. Et si aliquis tutor seu tutores dativi seu
 testamentarii fuerint mortui, in alterius seu aliorum subroga-
 tione seruabuntur ea omnia que prius dicta sunt. Et dicti
 tutores possunt dari ventri, hoc est posthumo nondum nato, ut
 notatur in for. Assi mesimo, tit. de tutoribus fol. 125. alii fol. 281.
 Et notandum, quod potest minori non habenti tutorem creari cu-
 rator ad causam quam habet minor contra alium seu alius con-
 tra eum. Qui curator habet iurare, quod bene et legaliter pro viri-
 bus ducet causam, ut hec notantur in obseru. 2. sub dicto tit. de
 tutoribus, fol. 18. alii fol. 24.

De processu super remo- tione et suspensione tutoris.

Methodus procedendi



¶ Tutor fuerit malus administrator bonorum pupilli, potest agi ad remotionem illius, ut dicitur in obser. Item obseruatur, ti. de tutoribus, fol. 18. als fol. 24. et agitur contra predictum tutorem via ordinaria petitionem recte concludentem offerendo, videlicet iuxta foros antiquos, seu iuxta for. 2. de rei vindicatione, ut superius est dictum in processu civili. Et oblata predicta petitione, incontinenti poterit agi in eodem processu contra predictum tutorem ad suspensionem pendente lite, et si probatur esse suspectum in administratione suspendetur lite pendente, ut notatur in dicta obser.

De processu super creatione curatoris.



¶ Dissipanti bona et prodigo curator non potest dari, attamen si fuerit stultus et amens ac delirauerit, potest dari curator, ut dicitur in obser. ante penulti. ti. de tutoribus, fol. 18. als fol. 24. Creatus igitur comparebit coram iudice competenti, et probabit stultitiam et amentiam, et illa legitime probata, iudex creabit curatorem persone et bonorum penulti. et dabit omnem illam potestatem, quam curatores de foro et als possunt habere. Et creatus iurabit et prestabit fideiussores, et faciet omnia illa que superius sunt dicta in tutore creato. Stulto etiam possunt alimenta taxari iuxta valorem patrimonij, et iuxta qualitatem persone, ut superius est dictum in taxatione alimentorum pupilli.

De processu super creatione administratoris.



S aliquis fuerit abiens per decennium a regno
 ⁊ in recessu suo constituerit procuratorem, trans-
 actis decem annis frater aut fratres aut cōlan-
 guinei ad quos bona abientis peruenirēt, pos-
 sunt administratores bonorum abientis crea-
 ri ⁊ recuperare bona a procuratore dicti abien-
 tis. vt innuit forus, ti. vt fratres, fol. 43. als fol. 63. Et reāduſ igitur
 comparebit coram iudice competenti, sub quo bona abien-
 tis existūt, ⁊ offeret propositionem, in qua deducet absentiam
 decennii ⁊ suam consanguinitatem, quam habet cum abien-
 te. Quibus probatis, iudex durante tempore absentie crea-
 bit consanguineum predictum administratorem bonorū ab-
 sentis. Et facta dicta creatione dictus consanguineus offe-
 ret fideiussorem seu fideiussores de non alienandis bonis, et
 q̄ abiens si redierit habebit rationem de administratione bo-
 norum. Et predictus administrator creatus poterit recupe-
 rare bona absentis a procuratore constituto per absentem, ta-
 men si absens anteq̄ preterierint decem anni, mitteret no-
 num procuratorium tunc non recuperabunt propinqui bona
 nec administrationem.

De processu super licen- tia vendendi concessa tutori.



Tutores non possunt vendere bona immobilia
 pupillozum sine iudicis auctoritate, et iudex te-
 netur cognoscere, an sint necessario vendenda, vt
 dicitur in obleru. 6. de tutoribus, fol. 18. als fol.
 24. Quando igitur tutoribus fuerit opus neces-
 sitate coactis alienare seu vendere bona immobilia pupilli seu
 pignori dare, seu censum super illis imponere, seu illa obliga-
 re: oblata propositione coram iudice competenti, in qua fiet
 inclusio tutelę, ⁊ probata necessitate pupilli, iudex dabit licen-

Methodus procedendi

tiam et facultatem vendendi bona personis tutori bene visis usque ad necessitatem, seu illa impignorandi, seu obligandi seu censum imponendi cum obligationibus solitis et necessarijs, interponendo in instrumentis predictis, et alijs necessarijs suam auctoritatem pariter et decretum. Pupillus etiam qui iam excesserit quatuordecim annos, iam tutoris potestate liberatus, non potest facere tutoribus quitationem, liberationem, nec absolutionem, nec alium contractum, per quem tutores se possint tueri, donec viginti annos attigerit. At tamen de consilio duorum parentum legalium proximorum pupilli, unde bona descendunt, et iudicis auctoritate predicta facere potest. Nec etiam potest dare, vendere, nec aliter alienare de bonis sedentibus, donec peruenierit ad dictam etatem viginti annorum, nisi oportuerit facere propria necessitate, de qua debet constare coram iudice, de cuius auctoritate possit facere predicta, usque ad complementum necessitatis. vt predicta statuuntur in foro vnico, sub tit. de liberationibus et absolutio, fol. 125, als fol. 60, et in foro sub tit. vt minorum, et annorum et c. fol. 125, als. 64.

De processu super taxatione alimentorum.



Tutor tenens sub potestate pupillum poterit coram iudice competenti petere alimenta pupillo taxari usque ad quatuordecim annos. Comparebit igitur offerens propositionem, in qua deducet patrimonium pupilli, et valorem illius, et dicitur pupilli genus, stirpem, qualitatem statum et conditionem et deducet illud, quod annuatim ad alimentacionem pupilli et ministrorum illius iuxta patrimonium, genus, qualitatem et statum fuerit necesse. Quibus legitime probatis, iudex taxabit pupillo singulis annis alimentum, prout sibi constiterit iuxta predicta esse necessarium. Que alimenta tutori recipientur in

compositum in rationibus per eum pupillo suo tempore prestandis.

De euocationibus.



Euocationes sunt duplices. Alię enim dicuntur simplices, alię vero que sunt ex causa suspicionis iudicum, et perhorrescentię territorij.

Euocatione prima, omnes cause sunt euocabiles per dominum Regem, et primogenitum, dummodo sint in puncto ferendę sententię diffinitiuę, alioquin euocari non possunt, vt notatur in foro vnico de euocationibus, fol. 142. als fol. 212. Cause tamen summarie, de quibus superius est dictum, vsq; ad tercentum solidos, que ducuntur per memozialia, ex vsu et determinatiõe in quocũq; puncto possunt et solent euocari. Semper enim censentur esse in puncto ferendę sententię diffinitiuę. Prędicta tamẽ euocatione euocari nõ possunt processus sequentes, videlicet Processus apprehensionis in articulo litispendentię, vt statuitur in foro. For quanto por el suero, titulo de apprehensio. fol. 90. als fol. 179. nec causa super deposito, vt dicitur in foro 3. titu. de deposito, incipi. Item statuimos de voluntad, fol. 110. als. fol. 184. nec etiam articulo reuocationis seu conuincationis firme curię iusti. Arago. vt notatur in foro De voluntad dela. cort declaramos, de officio iustitię Aragonum, fol. 23. als fol. 162. nec processus executionis censualis sententiati iuxta forum vnicum de censualibus et alijs debitis, fol. 111. als fol. 108. propter verba apposita in dicto foro, ni en otra manera. Cause etiã in quibus tollit appellatio, euocari non possunt argumento a maiori, cum fortior sit appellatio. Sed notãdũ, qd quãdo cause euocantur, dicta euocatione sunt ducendi processus originales ad Regiam audientiam, pręterquam si fuerint introducti in curia iustitię Aragonum, tunc enim est extrahenda copia, vt dicitur in foro vltimo de officio iustitię Aragonũ, fol. 24. als for. 3. fol. 120.

Methodus procedendi

His premissis ad obtinendum dictam euocationem, comparabimus coram Regente cancellariam, narrando causam quam euocare volumus, et ad modum supplicationis supplicabimus ad regiam audientiam euocari, et inhiberi iudici cause, ne ulterius cognoscat, nec procedat, et concedi mandatum contra notarium, quatenus ducat processum originale, et si fuerit notarius curie iusticie Aragonum, quatenus extrahat copiam, et dicta euocatione et inhibitione concessis, notificabitur inhibitionis charcellum iudici a quo, manu regentis firmatum, et ducto processu ad Regiam audientiam, et suo casu copia illius assignabitur ad debite procedendum in causa.

De euocatione per horrescentiam.



Et et alia euocatio, que obtinetur ratione suspicionum iudicis et territorij, que dicitur perhorrescentia, et fieri potest in quocumque puncto, et statu, in quo fuerit processus que prouisio perhorrescentie. Dumtaxat prouidetur per dominum Regem eius locumtenentem generalem et primogenitum et eorum Regentes cancellariam, et fit a quocumque iudice ad regiam audientiam et etiam potest committi, licet iam non utatur, in loco propinquiori ubi sit copia peritorum in foris et obseruantijs, et est facienda dicta commissio iurisperito qui utatur officio aduocati, aut iudici ordinario dicti loci propinquioris, ut predicta statuuntur in foro. Item que como, titulo declaratio, priuile. gene. fol. 11. als fol. 53. et in foro primo de commissio, et rescriptis, fol. 20. als fol. 76. et in for. 1. de adiunctis fol. 28. als fol. 90. et in foro unico de officio iudicis delegati, fol. 27. als fol. 169. et in obler. incipi. Pro parte comunitatum, sub titulo actur curiarum fol. 37. als fol. 47. his propositis oblata supplicatione perhorrescentie expressisq; in eadem causis suspicionum,

facta fide de speciali potestate, aduerabimus predictas causas medio iuramento, et supplicabimus puideri et concedi literas, de quibus omnibus est conficiendum instrumentum publicum, ut cauetur per dictum forum de adiunctis. Qua euocatione prouisa, concedentur literę inhibitorię iudicium, citatorię aduersus partes, compulsoię contra notarios, ut ducant processus originales euocatos, quibus notificatis, ducto processu, procedetur ad ulteriores in causa, iuxta telam processus euocati. Qua quidem euocatione perhorrescentię, consueuerunt euocari omnes cause, tam presentes quam future.

De processu prouisionis adiunctionis.



Quotiescunq; aliquis iudex fuerit nobis suspectus, possumus obtinere adiunctum aliquem, seu adiunctos, qui cum iudice suspecto de causa cognoscant, et fiet processus coram iudice, et dictis adiunctis. Que adiunctio conceditur per dominum Regem et eius locumtenentem generalem, gubernatorem generalem et eorum regentes cancellariam. Quam etiam adiunctionem potest dominus Rex concedere extra Regnum, cum concessio illa non sit exercitium iurisdictionis contentiose, et dicitur adiunctus dari non potest extra locum iudicis cui datur, ut predicta notantur in foro sub titulo, declaratio priuilegii generalis, a este capitulo, fol. 11, als fol. 53, et in foro primo de adiunctis, fol. 28, als fol. 90, et in foro secundo eiusdem titulo, et fol. als fol. 169. Tibi ergo aliquem iudicem habuerimus pro suspecto, offeremus supplicationem in qua processum et causas suspicionis exprimeamus, et supplicabimus dari dicto iudici aliquem probum virum in adiunctum, seu probos viros in adiunctos, qui de causa simul cum illo cognoscant et determinent, et dicta supplicatione oblata, aduerabimus instrumento mediante dictas suspicionum causas. Quibus adueratis concedetur dicta adiunctio, ut dicitur in dicto foro, 2.

Methodus procedendi

de adiunctis. In quo etiam foro disponit, quod ubi primi adiuncti fuerint reuocati, ex causis suspicionum non possunt reuocari alij, qui fuerint dati, nisi probentur suspensiones per testes seu instrumentum contra illos, quod ex determinatione et usu intelligitur, ubi tales adiuncti iurauerint, et etiam disponuntur alia in dictis foris de adiunctis, que quisque dictorum fororum lectione perspiciet. Que quidem adiunctio in plurimis casibus in foris expressis impetrari non potest, ut in articulo provisionis firme curie iustitie Aragonum nec confirmationis illius, nec in provisione apprehensionis facte iuxta forum primum de apprehensione, fol. 84, alij foro, sub titu, de appellitu, fol. 78, nec iuxta forum incipi, ad nostrum, sub eodem titu, de apprehen, fol. 85, alij sub titu, de ordine cognitio, fol. 87, ut dicitur in foro antepenultimo titulo de officio iustitie Aragonum, fol. 25, alij foro penulti, eiusdem titu, fol. 162. Et etiam in articulo litispendentie, firmarum nec proprietatis, processus apprehensionis, non habet locum adiunctio, ut dicitur in foro, Por quanto por el fuero, titulo de apprehensio, fol. 90, alij fol. 179, et in foro ultimo eiusdem titu, de apprehensione, fol. 92, alij sub tit, fori Tirasone, s. Item statuimos, fol. 251, et etiam ex usu non datur adiunctus in provisione appellitus de tollisforciam, nec in alia quavis provisione, que potest prouideri sine partis citatione, et consimiliter non potest dari in processu executionis cesualis sententiati.

De processu competentie iurisdictionis.



Lim quodocumque oriebatur inter iudicem secularem et ecclesiasticum contentio, seu competentia, presentata firma iustitie Aragonum iudici ecclesiastico, et seu iurisfirma ecclesiastica iudici seculari, tunc hincinde mittebantur literę responsive, cum cedularum insertione. Quibus quilibet iudex se cause

iudicem competentem assererat, ex causis in cedulis expressis, ad quem conflictum decidendum assignabatur, ut dicitur ban-
 cus regius, ubi per iudices seculares et ecclesiasticos causa dispu-
 tabatur, magno allegationum conflictu, ad que decidenda, cum
 tertius iudex non esset, quilibet se competentem iudicem decla-
 rabat. Ad que tollenda fuit per for. primū de competentia iurisdictionis, fol. 51, als fol. 277, prouisum, in quo foro traditur
 copiose procedendi modus circa decidendas competentias. Iuxta
 quem forum ex stylo ad decidendam competentiam, arbitris
 nec cancellario tempora non currunt, nisi a die notificationis
 competentie sibi facte, intra autem quantum tempus inuicem
 per iudices literis est respondendum, et quibus casibus in non
 respondendo competentia habetur per declarata in fauorem ec-
 clesie, et quid seruandum, ubi cancellarius non est nominatus,
 aut ipso absente a ciuitate Cesarauguste, et quibus casibus iterum
 competentia non est formanda, et declarata competentia in fauorem iudicis
 ecclesiastici, intra quantum tempus per iudicem secularem captus est re-
 stituendus, et quod recursus si restituere recusauerit possit haberi, uideat
 forus. 2. sub tit. predicto De la competentia, fol. 52, als fol. 281. et
 fori sequentes editi per serenissimum Principem sub dicto tit. Quā-
 tum autem salariū cancellarius per consiliarios recipere possit, uideat
 de for. vnicum de officio cancellarii competentie iurisdictionis,
 fol. 18, als fol. 280, iuxta cuius fori formam, ex consuetudine ar-
 bitri per dictos iudices nominati, solent idem salariū recipere.
 Et circa dictam competentiam est notandum, quod in causa cri-
 minali ex usu et consuetudine fuit introductum, quod si fuerit appel-
 litatum aduersus aliquem pro aliquo crimine in Regia audien-
 tia, non est formanda competentia donec accusatus sit captus,
 et si nondum captus existente presententur literę inhibitorie, cum
 nominatione arbitri, concessę per iudicem ecclesiasticum, iudex
 qui preest in Regia audientia, non tenetur nec solet responde-
 re dictis literis, cum nominatione arbitri, nec competentiam for-
 mare, sed eis non obstantibus potest et solet ad ulteriores pro-
 cedere, et solum solet respondere dictis literis dicendo, quod non te-

Methodus procedendi

netur illis respondere nec formare competentiam, donec accusatus sit captus, monendo dictum iudicem ut a requisitis desistat, qui si non desisteret, per curiam iustitię Aragonum, ad instantiam fisci occuparentur temporalitates dicti iudicis ecclesiastici, et hęc est consuetudo et sic fuit decisum. Si vero fuerit appellatum coram quocunq; iudice, pręterq; in dicta Regia audientia, tam anteq; accusatus reputetur contumax, q; post: etiam lata sententia aduersus ipsum in processu absentię, dicto accusato non existente capto, potest et solet iudex ecclesiasticus concedere literas inhibitorias cum nominatione arbitri, quibus est per iudicem secularem respondendum, et est formanda competentia, et hęc est praxis.

De processibus summarijs coram Diputatis Regni,



oram Diputatis Regni Aragonum procedit summarim verbo et sine scriptis in quibusuis controuersijs super debitis generalitatum regni emergentibus, ut predicta notatur in. S. Item q; remos que los dichos diputados, sub titu. execucion contra el arrendador y sus fianças, in volumine actuum curiarum dicti regni, fol. 74. Et consimiliter proceditur coram ordinarijs iudicibus ciuitatum, oppidorum et locorum dicti regni, et suo casu coram dictis Diputatis: in quibus causis que oriuntur super iuribus generalitatum circa merces, que in regnum introducuntur, aut inde euehuntur, et alijs que per illud portantur: et super quibusuis fraudibus dictarum generalitatum et mercium taxationibus, ut predicta statuuntur in actu curie, sub tit. de juezes locales conocientes sobre las generalidades del Reyno, in volumine predicto, fol. 74. et demum ex stylo et praxi in omnibus causis, in quibus ex dispositione actuum curiarum est dictis Diputatis cognitio et iurisdictio attributa, proceditur summarim et sine strepitu nec figura iudicij attenta facti veritate,

De forma reparationis

illozum que omittuntur seu aliter
continuantur in processibus.



Epe usu venit, q̄ notarij p̄cessus actitantes obli-
uione, seu quia recte non percipiunt gesta p̄ p̄-
curatores corā iudicibus, omittunt in processibus
aliquid inserere seu continuare, et seu aliter di-
ctare. Si dicti notarij inculpen̄ et reprehendā-
tur p̄ aliquam partiū, seu aliqua partiū conuenerit et velit agere
ad reparationē, licet dicti notarij dixerint tradidisse obliuioni
cōtinuare p̄dicta, seu aliter dictasse: nō credit illis. Si vero defe-
ctum allegatū negauerit, statur eoz dictis. Iudex enim tenetur
p̄nunciare secundum qd̄ in processu adinuenerit. P̄dicta om-
nia p̄cedunt duobus casibus exceptis, quorum alter est, quan-
do testes sunt scripti in p̄cessu et actu iudiciario, qui aliquando
ponuntur et scribuntur, tunc em̄ potest defectus iudiciarij actus,
et q̄ res aliter se habebat q̄ fuerit continuata p̄ dictos testes
scriptos probari, licet notarius neget, etiamsi factū non sit re-
cens. Alter vero est, quando factū est recens, et testes non sunt
scripti in tali actu iudiciario. tunc em̄ p̄dicta, etiāsi notarius
inficietur, possunt p̄bari. Per illos qui fuerūt presentes in curia,
quādo acta fuerunt p̄ procuratores gesta, et hęc est praxis. Et
p̄dicta colliguntur ex obser. vlti. tit. de re iudicata, fol. 11. als fol.
14. et obser. Itē si notarij, tit. de p̄batio. faci. cum charta, fol. 30.
als fol. 39. Et ex stylo et determinatiōe dicitur factum recens
intra quindecim dies, et in his solū referuntur dies vtilis et nō
continui, quia sicut diebus festis acta iudiciaria fieri non pos-
sunt, consimiliter accessoria. Notandū p̄terea, q̄ si quicq̄ in
processibus, in propositionibus et cedulis partium, et depositio-
nibus testiū, seu alijs fuerit rasum, oblitteratum, immutatum,
seu additum: si allegetur p̄dicta fuisse facta intra quindecim
dies, et sic de facto recens admittetur ad p̄bandū per testes, et
fiet reparatio secundū eoz dicta, et hęc est consuetudo.

Methodus procedendi
De appellationis
processu.



Man appellationis, et iurisfirmę grauaminum factorum remedia sint admodum finitima: ideo antequam ad formam appellationis processus deueniã, dicitur nonnulla appellationis cognitioni necessaria, ex foris et vsu Regni sumpta, in eisdem adijciã plura de predicta iurisfirma grauaminum factorum, omiſſa in plurimis procedendi forma de dictis grauaminibus. De illa enim late dixi superius in processu iurisfirmę grauaminum factorum, quibus cognitio et appellationis, et dicte iurisfirmę materia et modi procedendi apertius innotescunt.

Dominus Rex extra Regnum existens non potest de appellationum causis cognoscere, vt notatur in. s. Item que nungũ judge sub titulo. priuile. gener. fol. 7, als fol. 38, et in obseruan. 4. titulo de appellatio. fol. 29, als fol. 57, et iuxta dictam obseruantiam (quia solum prohibetur cognitio extra regnũ) poterat dñs Rex, et solebat existens extra regnum cõmittere appellationum causas intra regnum. Inunc tamen appellatur ad Regem: et per forum sub tit. que las causas de apelacion, fol. 66, als fol. 258. Appellationum cause deciduntur in regia audientia, per regentes cancellariam domini Regis, eius locum tenentis generalis, et per assessorem regentis officium generalis gubernationis suis casibus, cum consilio regiozum consiliariorum: vt ceterę cause in regia audientia introductę. Et consimiliter deciduntur per regentem cancellariam primogeniti, cum consilio. idem enim est in primogenito: vt disponitur in foro titu. que el vicecanceller regente la cancelleria etc. edito per serenissimum Principem Philippum anno. 1553.

Appellari potest ad dominum Regem a sententia lata in curia iustitię Aragonum in processu, in quo procurator fiscalis

se citipartem, sed de dicta appellationis causa non valet dñs Rex cognoscere: sed illam tenetur delegare, vt dicitur in obser. Itē de omnib⁹, tit. de priuilegijs militū, fol. 20, als fol. 26, et in obser. penulti. ti. interpretationes qualiter, fol. 23, als fol. 30, et hęc est consuetudo, dicte em obseruantie non sunt derogate per dictum forum sub ti. que las causas, fol. 66, als fol. 258.

In Aragonia iustitia Aragonum est iudex peculiaris firme grauaminū factorū, nullus em̄ alius potest cognoscere de dicta firma, et ideo facta electione iurisfirme curie iusti. Aragonum, et oblata iurisfirma psecutisq; grauaminib⁹, tā sup̄ ritu, q̄ recto, lata sententia in curia iusticie Aragonum ab illa non potest haberi recursus.

Sententia lata p iudices ordinarios cuiusuis ciuitatis, ville seu loci potest etiā pars (si illi libuerit) ad iustitiā Aragonum appellare, quemadmodū ad dñm Regem, vt notatur in foro incipiente Quidam homo, sub ti. de pignorib⁹, fol. 145, als fol. 3. et hęc est praxis.

Sententia lata in Regia audientia, in causa ab origine in illa introducta, et seu in iuncta p appellationē interpositam a sententia cuiusuis iudicis, dēpto iustitia Aragonū et eius locū tenentib⁹, seu ducta ad dictā Regiā audientiā p euocationem perhorrescentie, seu simplicē euocationē potest firmari, et fieri electio iurisfirme curie iusticie Aragonū, et exprimi grauamina, tam sup̄ ritu, q̄ recto, et lata sententia in curia iusticie Aragonum abinde non est recursus.

Sententia lata in curia iusticie Aragonū, tā introducta in eadē ab origine, q̄ p appellationē interpositā a sententijs latis p iudices ordinarios, (cū ab illis vt dictum est possit appellari ad curiā iusticie Aragonū) appellatur ad regē, et lata sententia in regia audientia, ab illa potest firmari, et fieri electio iurisfirme curie iusticie Aragonum grauaminum factorum super ritu

Methodus procedendi

tantum non seruato in Regia audientia: et non super recto, et profecutis grauaminibus super dicto ritu, lata sententia, ab illa non est recursus.

¶ Appellationis et firme grauaminū factorum recursus habetur tam a sententijs diffinitiujs, q̄ ab interlocutorijs modis iam dictis, exceptis certis casib⁹ in foris prescriptis: in quib⁹ non licet appellare, nec firmare, veluti a sententijs latis in processu criminali ducto iuxta foros editos anno. 1550. vt in dictis foris statuitur, et a sententijs latis in processu habito contra officiales delinquentes in curia iustitię Aragonum, et vbi agitur in eadem, in processu manifestationis personarum, ad liberationem per viam priuilegiatam, et in alijs casibus in quib⁹ de foro appellationis et firme remedia sunt sublata.

¶ Appellatio, firma ac electio iurisfirme grauaminum factorum a diffinitiuā sententia, presentatis inhibitionibus, regulariter operant effectū suspensiuū, ita q̄ predicta sentētia, presentata inhibitione in vim appellationis, seu firme iudici qui eā protulit, suspenditur, et non potest tradi executioni. Ante tamē presentationem dicte inhibitionis ac firme, dictus iudex non obstante appellatione interposita, nec electione iurisfirme, donec inhibicio sit subsecuta, potest ad executionem sententię diffinitiuę procedere: et omnia que fecerit, erūt valida. In Aragonia em̄ nō habemus reuocationem attentatorum post interpositā appellationem: nec post factam electionē iurisfirme. Predicta tamē que diximus de effectū suspensiuo, nō habēt locū in processu apprehensionis, in litependente, firmis, nec proprietate bonorum apprehensorū: vt disponitur in foro incipi, for quāto, sub titu. de apprehensionibus, fol. 90. als fol. 179. et in foro incipiente. Itē statuim⁹, dicti tit. fol. 92, als fol. 231. in foris Tirasone in .s. Itē statuimos, nec etiā in processu manifestationis bonorū, tā in articulo tenute, q̄ firmarū et proprietatis, vt statuit in foro incipi. Et por dar breu expediciō. ti. de manifestationib⁹ et iuētariationib⁹, fol. 63. als fol. 177. in illis em̄ sentētię mādant executioni, saluo iure retractationis, non obstante appellatione ac firma, et

earum inhibitionibus. Et etiam predicta non habent locum in alijs casibus in foris expressis. in quib⁹ statuitur appellationē ac firmam non operari effectum suspensiuum presentatis inhibitionibus.

Quandocunq³ appellatur ab interlocutoria sententia, si appellatio non fuerit prosequibilis ante sententiam diffinitiuam: licet presentetur inhibitiō in vim appellationis, iudex appellatione ac inhibitione non obstante tenetur procedere in causa, vsq³ ad sententiam diffinitiuam inclusiue, dempta executione. Si vero dicta appellatio sit ante diffinitiuam prosequibilis, et causa depēdeat ex testamento, seu vltima voluntate, seu contractibus et successione factis ante foros Alcagnicij, qui fuerunt publicati die quinto Octobris anno. 1456. presentata inhibitione in vim appellationis, impediatur processus. Si autē causa oriatur ex contractu, testamento, seu successione post dictum forum Alcagnicij, et ante foros Calataiubij, qui fuerunt publicati anno. 1461. procedetur vltcrius in causa: appellatione et inhibitione non obstante: vt predictum est. exceptis duabus interlocutorijs expressis in for. Alcagnicij sub tit. de appellationibus, incipi. Las apelaciones, fol. 145. als fol. 125. In illis enim per inhibitionem impeditur processus. circa predicta vide dictū for. de appellationib⁹, et etiā for. incipi. Prout. sub titu. de litibus abbreviādis, fol. 47. als fol. 79. et forum. 1. sub tit. de litis cōtestatiōe. fol. 49. als fol. 84. et forū incipi. Et finis, sub dicto ti. de appellationib⁹, fol. 145. als fol. 92. et for. 1. sub tit. de executiōe rei iudicate. fol. 134. als fol. 208. et for. incipi. Querientes, sub ti. de firmis iuris, fol. 139. als fol. 208. Predicta tñ nō habent locū in apprehensionū causis, firmis, nec pprietate bonoz apprehensorū, nec in pcessu manifestationis bonoz in tenura, firmis, nec pprietate. in illis em̄ processus (siue cause sint noue siue antique) sunt puilegiati: et nō impediunt intermedia nec sententię diffinitiuę appellatione, nec firma, nec earū inhibitionib⁹. Et etiā non habēt locū in alijs casib⁹, in quib⁹ per foros processus cum intermedijs sunt puilegiati.

Methodus procedendi

¶ Si ab interlocutorijs fuerit facta electio iurisfirme curie iustitie Aragonum, si causa depēdeat ex cōtractu cōfecto post foros Cesarauguste editos per serenissimam Reginā Mariam in anno. 1442. licet fuerit presentata firma, illi⁹ inhibitiō non impedit iudices in cognitiōe, nec examine causarū. Immo possunt procedere vsq; ad sententiā diffinitiuā inclusiuē, excepta executione, non obstante iurisfirma, ac inhibitiōe ipsius, vide for. incipi. statuimos, e ordenamos, sub tit. de firmis iuris, fol. 139. als fol. 139.

¶ In causis que oriuntur ex contractu, seu testamento iuris ante dictos foros Alcagnicij, appellatiōes ab interlocutorijs latis post litem contestatam, etiam si reseruentur post diffinitiuā: sunt prosequibiles ante diffinitiuā, per for. incipi. Et si nis, sub tit. de appellationibus, fol. 143. als fol. 92. et in specie habent locum predicta in appellatione interposita super exceptionibus fori declinatorijs, vt dicitur in foro primo. sub ti. de litis contestatione, fol. 49. als fol. 84. et in appellatione interposita ab interlocutoria nimis preiudiciali, proposita ante litē contestatā. vt dicitur in obser. Item secundum, sub ti. de appellationib⁹, fo. 29. als fol. 57. Alię vero appellationes emisse ante litē contestatā sup exceptionib⁹ dilatorijs, non sunt prosequibiles, sed sunt reseruāde post diffinitiuā. vt dicitur in foro incipi. Prout, sub titu. de litibus abbreviandis, fol. 47. als fol. 79.

¶ In causis dependentibus ex testamēto, et cōtractu iuris ante foros Calataiubij, et post dictos foros Alcagnicij, omnes appellationes ab interlocutorijs sunt reseruāde post diffinitiuā: et sunt prosequende cū appellatione a diffinitiuā, si fuerit ab illa appellatum. Et si non fuerit appellatū a diffinitiuā: currit tēpus ad eas prosequendum, a die prolationis sententię diffinitiuę, vide for. incipi. las apelaciones, sub ti. de appellatio, fol. 145. als fol. 125.

¶ In causis depēdentib⁹ ex testamētis, in instris, et cōtractib⁹ cōfectis post foros Calataiubij, oēs appellatiōes, firme, et electiones iurisfirme, a sententijs interlocutorijs (deptis infrascriptis)

sunt reseruandę post diffinitiuā: et tñ sunt prosequibiles cū ap-
 pellatione, firma et electiōe iurisfirmę a diffinitiuā sentētia: et nō
 ante, nec separatim, nec ad partē. Si tamē appelletur, seu fiat
 electio iurisfirmę ab interlocutoria, qua pronunciat̄ super ad-
 missione, seu repulsione firmę accusati, seu super articulis iurisdic-
 tionis an iudex sit cōpetens, an nō, et an se possit intromittere
 in causa, et sup̄ prouisione facta in iudicio, qua aliqs mandaf̄ ca-
 pi, aut capt⁹ detineri, seu sup̄ prouisione litispēdentię dicte appel-
 lationes et electiones iurisfirmę sunt psequibiles ante diffinitiuā:
 et eodem tēpore quo psequemur causam principalē. vide dictū
 forū incipi. Querētes, sub ti. de firmis iuris, fol. 139. als fol. 208.
 et for. 1. sub ti. de executiōe rei iudicate, fol. 134. als fol. 208. sunt
 etiā prosequibiles appellationes, et electiones iurisfirmę inter-
 posite ab interlocutorijs: quib⁹ mandantur pcedi ad viteriora,
 nō obstantibus exceptionibus p reum allegatis: iuxta for. 1. et. 2.
 sub ti. de rei vendicatione, fol. 52. als fol. 202. et iuxta for. de fir-
 mis iuris sup̄ possessione, fol. 140. als fol. 206. In causis vero de-
 pendentibus ex contractibus, et instrumētis cōfectis ante di-
 ctos foros Calataiubi, omnes firmę, et electiones iurisfirmę
 ab interlocutorijs, sunt psequibiles ante diffinitiuā: ex consue-
 tudine tamen prosequimur illas cum electione iurisfirmę a diffi-
 nitiva.

Appellatio et electio iurisfirmę, siue causa sit noua, siue anti-
 qua, sunt interponendę infra decē dies a die quo fuerit lata sen-
 tentia: parte p̄sente, seu eius pcuratore, seu illis, seu eorū alte-
 ri, fuerit notificata. aliter transiret in rem iudicatā: et deinde nō
 liceret appellare, et hęc est praxis.

Quando lata sententia pars p̄tendit fuisse grauata: et vo-
 luerit appellare: dicet q̄ non consentit in tali pronunciatione:
 immo p̄testatur de grauamine, et de appellādo, et de habendo
 recursum ad debita fori remedia. et persistendo in p̄dictis, ap-
 pellant et c. petendo respōderi appellationi. et si dicta appellatio
 interponatur ab interlocutoria, et sit prosequibilis, denegabit

Methodus procedendi

per iudicem, et tunc per partem iterum a responsione appellabitur. Si vero non fuerit prosequibilis: reseruabitur per iudicem in diffinitiuam. Et si fuerit a diffinitiuam: illico per iudicem appellatio denegabitur. Si vero pars grauata voluerit firmare a dicta sententia, et prosequi grauamina in curia iustitie Aragonum, dicit quod non consentit in dicta sententia: immo sentiens se ab illa grauatum, eligit viam prosecutionis iurisfirme grauaminum factorum curie iustitie Aragonum, debite et iuxta forum et intra tempus fori, et de dicta electione et appellatione, fiet instrumentum, et hec est praxis.

Appellans a diffinitiuam sententia, seu ab interlocutoria, tenetur se coram iudice ad quem representare cum instrumento publico appellationis, seu cum integra copia processus iudicis a quo infra triginta dies: a die delationis, seu denegationis referendos, vt dicitur in foro. 1. sub tit. de appellatio, fol. 143: al's fol. 92, et tunc poterit iudex ad quem inhibere iudici a quo: ne procedat in causa: facta coram ipso representatione modo predicto, vt dicitur in foro. 3. dicti tit. de appellationibus, et eodem, fol. al's fol. 101.

Quando appellatur ab interlocutorijs sententijs, et appellationes predictę non sunt prosequibiles ante diffinitiuam sententiã, sed sunt reseruande post dictã diffinitiuã, sufficet nos representare cum instrumento appellationis a diffinitiuam, seu copia processus infra triginta dies, a die delationis sententię diffinitiuę, et in processu appellationis a diffinitiuam, prosequimur appellationes reseruatas. Si vero appellationes ab interlocutorijs sunt prosequibiles ante diffinitiuã: denegantur per iudicem, et tenemur nos representare cum instrumentis dictarum appellationum, seu copia processus infra triginta dies, a die denegationum, et cum non sit statutus terminus ad prosequendum appellationem, prosequimur dictas appellationes a dictis interlocutorijs ante diffinitiuam, et etiam post diffinitiuam, si pars appellata subtraherit, potest enim illa (etiam inuito

appellate) appellationem prosequi iuxta dictum forum.
¶ Pars appellata volens, vt in appellatione prosequibili vlti-
 rius procedatur, cōparebit corā iudice ad quem fuerit appella-
 tū in p̄cessu, in quo appellans cū instrumēto appellationis se re-
 presentauit. ⁊ si fuerit appellatū ab interlocutoria, ⁊ appellatio-
 nis causa ducatur in eadem ciuitate, seu loco, comparebit p̄se-
 sente p̄curatore partis appellate; q̄ fecit partē in prima instan-
 tia; et petet assignari eidē ad se representandum cum copia pro-
 cessus, a quo emanauit appellatio, et assignabuntur per iudicē
 sex dies ad se representandū, ⁊ hęc est p̄axis. Et licet dict⁹ pro-
 curator alleget se non teneri facere partem; declarabitur tene-
 ri, procurator enim, qui fecit partem in causa principali, vt dici-
 tur in obser. 3. titu. de p̄curatoribus, fol. 4. als fol. 5. tenetur face-
 re partem in causa appellationis; si fuerit appellatum ab inter-
 locutoria; ⁊ appellationis causam prosequamur in eadem ciui-
 tate. Si vero fuerit appellatū ab interlocutoria prosequibili; ⁊
 appellationem non p̄sequamur in eadem ciuitate; ⁊ seu fuerit
 appellatū a diffinitiuā; assignabuntur parti appellanti dicti sex
 dies modo p̄missis, ⁊ mandabūtur eidem notificari. Et facta
 dicta assignatione dicto procuratori, seu dicte parti, ⁊ eidē no-
 tificata, lapso termino dictorum sex dierum, p̄ parte partis ap-
 pellate petetur, cum p̄a aduersa habeat assignationem ad se
 representandum cum copia p̄cessus iudicis a quo, et tempus
 sit elapsum, reputari contumacem; ⁊ tolli inhibitionem; ac re-
 mitti causam et partes ad iudicem a quo; et condemnari in ex-
 pensis, et tunc per appellantem petetur, concedi mandatum
 contra notarium iudicis a quo; quatenus extrahat et sibi
 det copiam signatam et fidem facientem a toto suo originali
 processu, et notificabitur dictum mandatum, et fiet in appel-
 lationis processu debite diligentie contra notarium; in non ex-
 trahendo dictam copiam, petēdo illum pignozari, postmodū
 repignozari, deinceps suspendi ab officio notarij, ⁊ demū pro-
 cedi ad captionem. In his enim formis compellitur dictus nota-
 rius ad extrahendum dictam copiam, et si debite diligentie

Methodus procedendi

per appellansem contra notarium non fierent: pronuntiaretur per iudicem ad quem: et tolleretur inhibitio: et remitteretur causa et partes ad iudicem a quo. Si autem pars appellans voluerit proseguere appellationem: petet sibi assignari ad se representandum, et in continenti (si voluerit) se poterit representare. Pars igitur appellans quando se representat, ex consuetudine solet dicere, quod debite et iuxta formam et satisfaciendo assignationi suam appellationem a diffinitiva (si illam solum proseguatur) et seu suas appellationes tam reseruatam quam denegatas proseguendo: se representat: cum copia integra processus iudicis a quo: petendo haberi eum pro representato debite et iuxta formam, et habebitur per iudicem. Et si facta representatione cum copia processus proseguamus appellationem ab interlocutoria, ante diffinitivam: et causa non ducatur in eadem civitate: si partis appellate non comparuerit procurator, mandabitur citari pars appellata ad prosecutionem appellationis, et ea citata iuxta forum de in ius vocando: assignabitur ad debite procedendum, et deinde petetur in appellationis gradu diffinitive pronuntiari. Si vero ducatur in eadem civitate assignabitur ad debite procedendum coram procuratore prime instantie, et petetur diffinitive pronuntiari, tenetur enim dictus procurator facere partem (ut dictum est.) Si vero proseguamus appellationem, seu appellationes, ab interlocutoriis in processu appellationis a diffinitiva, una cum appellatione a diffinitiva: et seu meram appellationem a diffinitiva: facta representatione cum copia processus, mandabitur citari pars appellata, ad prosecutionem appellationis: si solum proseguamus appellationem a diffinitiva. Si autem proseguamus in processu a diffinitiva, et cum illa appellationes reseruatam, et denegatas: citabitur pars appellata, ad prosecutionem appellationis et appellationum, et ea citata facta dicta assignatione ad debite procedendum, petetur diffinitive pronuntiari, et in omnibus casibus predictis in gradu appellationis petetur diffinitive pronuntiari modo infra scripto.

Si appellatio ab interlocutoria sit prosequibilis, et pars illa
 prosequatur ante diffinitiuam, in gradu appellationis potest
 per iudicem a quo pronunciari male, perperam et inique fuisse
 prouisum et pronunciatum: in eo in quo sub die tali, quandam
 protulit vocatam pronunciationem: huiusmodi sub tenore, illam
 inferendo, et pro eius parte recte fuisse prouocatum et appella-
 tum, et reuocari seu annullari dictam vocatam pronunciationem,
 eandemque reformari: et in melius commutando pronun-
 ciari, et fieri que pro sui parte supplicata existunt, sub die tali co-
 ram iudice a quo, reuocando et annullando, omnia et singula fa-
 cta, gesta, pronunciata et prouisa, post dictam vocatam pronun-
 ciationem: reducendo processum, causam et partes, in eo puncto
 et statu, in quo erat tempore illati grauaminis. Et si prosequa-
 tur post diffinitiuam, in processu appellationis a diffinitiuam, ali-
 quas appellationes ab interlocutorijs denegatas, seu reserua-
 tas, in gradu appellationis dicet quod debite in causa proceden-
 do, suas omnes appellationes, tam interpositas ab interlocu-
 torijs, quam a diffinitiuam prosequendo: prout prosequi vult et inten-
 dit ac prosequitur: et cum protestatione quod non intendit eisdem
 renunciare, nec obsistere: ante omnia petit pronunciari per iu-
 dicem a quo male, perperam et inique fuisse pronunciatum et
 prouisum: in eo in quo sub die tali etc. petendo pronunciari su-
 per appellatione interlocutorie, quam maluerit eligere: modis
 quibus dictum est superius in appellatione ab interlocutoria
 prosecuta ante diffinitiuam, petenda consimiliter reuocari et an-
 nullari, omnia et singula facta et prouisa, post vocatam pronun-
 ciationem a qua fuit appellatum, vna cum vocata sententia dif-
 finitiua, per iudicem a quo sub tali die (vt dicitur) prolata, alijsque
 inde secutis. Et si fuerit pronunciatum recte fuisse pronuncia-
 tum et male appellatum: poterit appellans deinde petere pro-
 nunciari super alijs appellationibus, interpositis ab alijs in-
 terlocutorijs, post appellationem, super qua fuit pronunciatum,
 gradatim procedendo: vsque ad appellationem a diffinitiuam, pe-
 tendo vero pronunciari in appellatione a diffinitiuam, appellans

Methodus procedendi

petet, per iudicem a quo male, perperam et inique fuisse et esse pronunciatum et prouisum: et pro eius parte recte fuisse appellatum et prouocatum: et reformando vocatam sententiam definitiuam, per assertum iudicem a quo (ut dicitur) latam, eademque in melius commutando, pronunciarum et fieri, que pro sui parte supplicata existunt coram iudice a quo, et si sententia definitiua fuerit nulla, petemus illam annullari.

Circa predicta emergit dubium, an si in prosecutione appellationis a definitiua, fuerit prius petitum pronunciarum super aliqua appellatione ab interlocutoria, si fuerit pronunciatum in gradu appellationis, esse bene pronunciatum et male appellatum: an deinde possit peti pronunciarum super alia appellatione interposita ab alia interlocutoria prius prolata. Ad dubium hoc respondetur, quod si validitas aut inualiditas interlocutorie, in cuius appellatione fuit pronunciatum modo predicto, dependeat ex validitate interlocutorie prius prolate: ita quod non possit sine illa subsistere: postquam fuit pronunciatum esse male appellatum in appellatione dicte interlocutorie, non poterit deinde peti pronunciarum super appellatione dicte interlocutorie prius prolate, secus si non dependeat.

In causis in quibus non fuit factus processus, sed verbo omnia fuerunt gesta: interposita appellatione, et facta representatione cum instrumento appellationis, conceditur mandatum aduersus iudicem a quo: quatenus faciat relationem de gestis per eum, qui compelletur per pignorationem, repignorationem et suspensionem officij, et etiam procedetur ad captionem eius persone, in non faciendo relationem, et facta relatione per iudicem coram iudice ad quem medio iuramento: illa habetur loco copie processus, et cum illa est appellatio prosequenda.

Appellans ad prosequendum appellationem non tenetur extrahere copiam processuum, de quibus extitit facta fides in pro

cessu iudicis a quo, existētium in curia dicti iudicis: nisi solū de processu originali in prima instantia actitato. Iudex tamen ad quem (vt integre de meritis cause informetur) potest cōpellere notarios, vt penes se ducant dictos processus, et potest dictus iudex ad quem, illos penes se retinere per totum tempus quod fuerit necessarium, ad determinationem cause appellationis, vide forum sub ti. de appellationibus editum per serenissimum Principem Philippum anno, 1553.

In causis vsq; ad tercentum solidos, appellans ad prosecutionem appellationis a iudice, qui residebit in loco in quo celebrabuntur curie iustitie Aragonum et Regie audientie, non tenetur extrahere copiam processus, nec memorialis originalis: sed solum se potest representare intra triginta dies: cū processu originali coram iudice ad quem, quem tenetur ducere notarius cause, et dabitur parti appellanti chartellum manu notarij iudicis ad quem firmatum, quod est intra dictos triginta dies notificandū iudici a quo, et est reportandum et continuandum cum relatione in processu representationis, vide forum vltimum, ti. de appellationibus, fol. 243, als fol. 283, et for incipi. Otrosi, ti. de iudicis, fol. 46, et fol. 29, editum anno, 1547. Pars igitur appellans interposita appellatione in dictis causis minoris quantitatis, comparebit coram iudice ad quem, et obtinebit quoddam chartellum mandati contra notarium iudicis a quo: quatenus ducat originalem processum penes iudicem ad quem, ad effectum appellationem proseguēdi, quo chartello notario notificato, fient assidue debite diligentie contra notariū, petendo pignozari, repignozari, suspendi ab officio et procedi ad captionem, ne pretereat predictum tempus ad faciendam dictam representationem et alia predicta. Tempus enim, quo pars impediatur facto notarij, non curret. Et ducto processu penes dictum iudicem ad quem, appellans petet reintegrari tempus, quo facto notarij fuit impeditus, et reintegrabitur: Et facta reintegratione dicet, qd se represen-

Methodus procedendi

tat cum toto originali processu : petendo haberi pro representato: et notificari iudici a quo predictam representationem. Quo habito pro representato, ordinabitur quoddam chartellum, quod firmabitur manu propria notarii iudicis ad quem, et in illo notificabitur iudici a quo predicta representatio facta cum originali processu: et quatenus fuit habita pars appellans pro legitime representata, debite et iuxta forum et intra tempus fori, et dictum chartellum, per unum ex virgarijs curie iudicis ad quem intra dictum tempus triginta dierum, notificabitur iudici a quo, et intra idem tempus reportabitur in processu discrete representationis: et abinde procedetur in appellationis gradu, modis quibus dictum est debere procedi.

Iudex ad quem (vt notatur in obser. Itē in causa, tit. de appellationibus, fol. 29. al's fol. 37. et in obser. ultima de re iudicata, fol. 11. al's fol. 14.) nil a partibus de nouo audiendo, sed tantum ex actitatis coram iudice a quo iudicando, admissis tamen allegationibus specierum falsitatis et nullitatis, confirmabit, seu infirmabit sententiam iudicis a quo, et ex usu si fuerit reformanda: illam reformabit. Ex quibus observantibus colligitur, quod iudex ad quem ex actitatis et cum copia processus teneretur pronunciare: nil enim coram ipso potest per partes de nouo deduci, allegari nec probari, sed solum possunt allegari species falsitatis et nullitatis.

In causis dependentibus ex contractibus initis ante dictos foros Calataiubij, lata sententia et facta electione iurisfirmę, intra dictos decem dies offeretur iurisfirma in curia iustitię Aragonum: et in eadem specificę exprimentur omnia grauamina, et concludemus reuocari, seu annullari et reformari vocatam pronunciationem seu pronunciationes per iudicem a quo (vt dicitur) factas: et in melius commutando pronunciarı et fieri que pro sui parte coram iudice a quo petita existunt, et interim inhiberi

iudici a quo: ne procedat &c. Et obtenta iurifirma illaq; presentata iudici a quo, in processu dicte iurifirme citabuntur pars ac iudex a quo, ad prosecutionem dicte iurifirme, & eis citatis, assignabitur firmanti ad faciendum fidem de grauaminibus allegatis, iuxta forum incipi. Quotiescunq; sub ti, de firmis iuris, fol. 157, al's fol. 89, ex consuetudine tamen iuxta dictum forum procedendo, facta dicta electione, eligens solet obtinere firmam communem, ponendo positionem in illa, q; assertus iudex a quo grauauit illum in plurimis vocatis pronuntiationibus & provisionibus per ipsum vt dicitur factis, & ea presentata in dicto processu iurifirme citatis iudice & parte, ad prosecutionem grauaminum, non recedendo ab alia oblatione iurifirme, offeretur alia iurifirma: & in illa deducuntur omnia grauamina specificè concludendo reuocari, seu annullari & reformari modo predicto. Et parte & iudice a quo citatis petetur assignari ad faciendum fidem de grauaminibus, iuxta dictum forum. Si vero causa oriatur ex contractu confecto post foros Calataiubij: deducuntur grauamina in cedula grauaminum: prout late in processu iurifirme grauaminum explicuimus.

In expressione grauaminum exprimentur grauamina primo illata in interlocutorijs; deinde vero in diffinitiuas, & deducuntur gradatim grauamina interlocutoriarum, prout ordine fuerunt pronuntiate: & hec est consuetudo.

Ex predictis omnibus hactenus dictis procedendi modus in appellationum causis liquet: & est facillimus. Interposita enim appellatione, & facta representatione cum instrumeto appellationis & copia processus, & suo casu cum processu originali in causis minoris quantitatis, modis quibus late diximus, & citatis partibus, quando est necesse citari ad prosecutionem appellationis seu appellationum, facta assignatione ad debite procedendum, petetur in appellationis gradu diffinitiuè pronuntia-ri, modis quibus respectiue diximus.

Methodus procedendi
De processu ad redarguendum instrumentum de falso.



In Aragonia duplici via instrumentum impugnatur. Prima quando pars illud impugnans, onus probandi aduersus instrumentum in se assumit, qua via duplici modo potest procedi. Uno impugnando instrumentum (etiam si pars de eo non se iuuauerit) recta via petitionem concludentem offerendo, et in ea concludendo esse falsum seu nullum, in quo processu procedetur ordinarie iuxta foros antiquos, seu forum, 2. de rei vendica, ut diximus in huius operis principio. Altero modo quoadocumque instrumentum fuerit productum in quacumque forma processus, illud per viam exceptionis in contestationibus, replicis, cedulis rescriptionum et contradictorijs suis temporibus, iuxta ritum processus in quo fuerit productum reprobando de nullitate seu falsitate, seu alio vicio ac nota: et predicta probando: ad demonstrandum quod non habita ratione de tali instrumento, est proferenda sententia in nostrum fauorem, ad quos effectus dictum instrumentum pendente discussione super premissis mandabitur per iudicem penes curiam usque ad decisionem cause se detineri.

Secunda via instrumentum impugnatur, quando pars illud reprobans non assumit onus probandi: sed petit exhiberi ad finem redarguendi de falso, quo casu dictum instrumentum est producendum, et eo producto, oblatis speciebus falsitatis per partem illud impugnantem, producens instrumentum tenetur illud aduerare iuxta formam per foros et obseruantias traditam. In qua forma processus de falso redarguendi hic in presentia dicemus: si prius annotauerimus nonnulla ex foris et obseruantijs sumpta, quibus cognitio, for

ma processus redarguendi, et aduerandi instrumentum dicta secunda via percipietur.

Instrumentum si petamus exhiberi ad finem redarguendi de falso, est exhibendum, ut dicitur in foro ti. q. instrumenta 7c. fol. 40. al's fol. 69. aliter declararetur producentem non se posse iuuare, et hec est praxis:

Si quis tacite nominauerit instrumentum, non propterea collitur ius redarguendi illud de falso, ut dicitur in foro, De voluntad dela cort, ti. de taxatione scripturarum, fol. 103. al's fol. 147. Tamen si expresse pars illud approbauerit, non potest redarguere de falso: nec est exhibendum ad finem redarguendi de falso. vide obser. 3. de fide instrumentorum, fol. 10. al's fol. 12. et obser. Item in qualibet, ti. de probatio, fol. 30. al's fol. 39.

Instrumentum quando redarguitur de falso, sunt exprime de in specie cause falsitatis. vide obser. Si obijciatur, ti. de probatio, fol. 30. al's fol. 38.

Instrumentum redargutum de falso, debet aduerari iuxta formam obser. 1. de fide instru. fol. 10. al's fol. 12. cum notario et testibus in eo scriptis. Et si tres testes fuerint adhibiti in instrumento, cum omnibus est aduerandum, et si per maiorem partem adueretur, et vnus directe contradicat, non erit adueratum, ut notatur in obser. Item si tres, fol. 30. al's fol. 39. sub ti. de probatio, faci. cum charta. Et consimiliter si vnus ex testibus dixerit se non recordari, non erit adueratum, nisi adueretur per alios testes non scriptos in instrumento qui interfuerunt negotio tempore confectionis instrumenti. ut dicitur in obseru. Item si adueretur instrumentum, tit. de fide instru. fol. 10. al's fol. 13. et in obser. Item iuxta consuetudinem, in. S. instrumentum vero factum inter Christianos, ti. de probatio, faci. cum charta, fol. 30. al's fol. 38. Tamen si testes qui dixerint se non recor:

Methodus procedendi

dari, addiderint quod credunt esse verum instrumentum: ex determinatione et usu habebitur pro aduerato. propter verba appositae in foro antiquo, tit. de fide instru. incipi. Si aliquis homo, fol. 97, al's fol. 13, ubi dicitur, aut alio legitimo et iudiciario modo. Et dictum instrumentum adueratum in vno capitulo, et in alio non, quo ad capitulum adueratum habebitur pro aduerato: et quo ad non adueratum habebitur pro non aduerato. ut statuitur in foro, tit. de adueratione instru. fol. 98, al's fol. 137. per quem forum est correctae obser. incipi. Item si plura, iam dicti tit. de fide instru. Contra autem testes scriptos in instrumento, ad aduerandum illud productos non admittitur aliqua exceptio: nisi in casu obser. incipi. Si opponantur exceptiones contra testes, dicti tit. de probatio, fa. cum charta. Dicto autem in instrumento semel aduerato non potest illud iterum de falso redargui, ut dicitur in obser. Item si semel, dicti tit. de fide instru.

Producto instrumento ad redarguendum de falso, oblatis speciebus falsitatis, currente tempore ad illud aduerandum, siue adueretur iuxta forum antiquum incipi. Si aliquis homo, sub tit. de fide instru. fol. 97, al's fol. 13, siue iuxta forum incipi. Por quanto, sub eodem tit. fol. 98, al's fol. 186. Si notarius seu testes seu aliquis illorum fuerint mortui, adueraturus instrumentum antequam pretereat tempus ad aduerandum allegabit et probabit mortem allegatam et aduerabit dictum instrumentum cum illis qui vixerint, iuxta predictam formam dicte obser. 1. de fide instru.

His dictis forma procedendi haec est circa redargutionem instrumenti de falso, videlicet, si causa dependeat ex contractibus et instrumentis confectis post foros Calataiubij, qui fuerint conditi anno. M. cccclxj. procedetur iuxta forum incipi. Por quanto, tit. de fide instru. fol. 98, al's fol. 186. seruando formam dicti fori, et aduerando illud iuxta obseruantiam, 1. iam dictam de fide instru. et modis quibus iam dictum est, intra annum res

ferendum a die oblationis specierū falsitatis. et penę appositę in dicto foro tam adueranti, q̄ perenti exhiberi ad finem redar guendi de falso, habebunt locum. Et etiam habebunt locum disposita in foro sequenti incipi. For̄ proueer, sub eodem fol. et ti. Si autem causa dependeat ex instrumentis et cōtractibus confectis ante dictos foros Calataiubij, procedetur iuxta dictum forum incipi. Si aliquis homo, ti. predicti, de fide instru. fol. 9 7. als fol. 1 5. aduerando illud intra annum et diem modis iam dictis, et a simili habebūt locū penę appositę in dicto foro.

De curijs generalibus.



Et comitijs et curijs generalibus scripseram non nulla, sed duxi canendum esse receptui. Partim quod non est nostri instituti, partim veritus ne impingam, et plurimorum aures offendam, in his potissimum que adhuc sub iudice sunt, et exactiorem censuram possunt. quanquam liberet potius deplorare huius regni plagam et incitatem, cum pleraque in illis citra ordinem et delectum tractentur, quandoquidem apud plurimos, non utique ratio, non equitas, non iustitia, sed affectus et animorum concitationes dominantur et imperitant. Non enim communi utilitate, sed peculiari commodo ducti, nonnulli ad curias conuolant, et ideo nil ipsarum curiarum auctoritate dignum agunt. Quanto satius esset, si sedatis perturbationibus, ex plosis et exhibitis odijs et similitatibus, amplexa virtute, in commune prospicerent, et leges sanctas et iustas institui curarent.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Los curules de la Real Audiencia

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Hi sunt dies feriati in
 quibus seculares curie non celebrantur.

Januarius.

- 16. S. Engratia.
- 23. S. Georgius.
- 25. S. Marcus.

- 17. S. Antonius.
- 20. S. Sebastianus.
- 22. S. Vincentius.
- 25. Conuersio sancti Pauli.
- 27. S. Jo. os aureum.
- 29. S. Valerius.

Februarius.

- 1. S. Philip. & s. Jacobus.
- 5. Inuentio, s. crucis.
- 6. S. Jo. de Porta latina.
- 8. S. Michael.
- 19. S. Iuo.

- 2. Purificatio, s. Marie.
- 3. S. Blasius.
- 9. S. Apollonia.
- 22. Cathedra sancti Petri.
- 24. S. Mathias.

Martius.

- 11. S. Barnabas.
- 19. S. Gregorius.
- 24. S. Johannes.
- 29. S. Petrus & Paulus.

- 13. Inuentio, s. Engratie.
- 18. S. Braulius.
- 25. S. Maria.

Aprilis.

- 2. Visitatio, s. Elisabethis.
- 10. S. Christophorus.
- 17. S. Iusta & Rufina.
- 19. Translatio, s. Braulij.

22. S. Maria magdalena.

25. S. Jacobus.

26. S. Anna.

4. S. Franciscus.

18. S. Lucas.

20. Translatio. s. Valerij.

28. S. Simon & Judas.

Augustus.

1. Vincula. s. Petri.

5. S. Maria de Nive.

6. Transfiguratio domini.

10. S. Laurentius.

15. Assumptio vgin. marie.

24. S. Bartholomeus.

29. Decollatio. s. Johannis.

November.

1. Omnes sancti.

2. Defunctorum.

3. Martyres.

9. Passio imaginis.

11. S. Martinus.

25. S. Catharina.

30. S. Andreas.

September.

8. Natiuit. vginis Marie.

14. Exaltatio. s. Crucis.

21. S. Mattheus.

29. S. Michael.

December.

8. Conceptio bte Marie.

13. S. Lucia.

18. Expectatio vgi. marie.

21. S. Thomas.

October.

[Sunt etiam dies feriati in foro seculari, dies Dominici, et Corporis Christi, & Ascensionis, & secundus dies sabbathi post festum Corporis Christi: que festa non possunt certis mensium diebus designari, cum singulis annis mutantur. Et etiam sunt dies feriati, festa que voto coluntur in ciuitate, oppido seu loco in quibus obseruantur. In quibus omnibus festis hacten-

nus dictis, licet curie seculares non celebrerentur, currunt tamen partibus tempora, tam a foris ad aliquid in causis faciendum, et iudicibus ad pronuntiandum constituta, quam partibus per iudices assignata. Preter predicta festa sunt indicte ferie, ut notatur in foro, tit. de feriis, fol. 50, al's fol. 185. et in foro, tit. de continuatione curie, eiusdem folij, al's fol. 242, a die sancti Thome Apostoli mensis Decembris exclusiue, usque ad diem sancti Juliani inclusiue, et a vespere Dominicę in ramis palmarum exclusiue usque ad dominicam in albis vulgo dictam de quasi modo inclusiue: et a vespere Pentecostes exclusiue, usque ad Dominicam in trinitate inclusiue. In quibus feriis, dicta tempora nec partibus nec iudicibus non currunt. Et quoniam procuratoribus incumbit, dictorum temporum non mediocrem curam habere, ne pro clientibus in processibus facienda elaboratur, nec excidant memoria et in causis succumbant: diligentes caufidici sibi consulent, si vnoquoque anno, ad gestandum secum indices promptuarium et manuale fecerint, in quo processuum titulos, et tempora per foros et iudices prefixa, et feriatos dies inscripserint.

21
[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



Ioanni de Pilares procu-
ratorum primati Michael Ferrer.

S. D.

DOSTQVAM ARTEM
procuratoriã profiteri sum arbitratus,
statim dedi operam, naturam & termi-
nos illius dignoscere: & altius indagãs,
comperi, meo quidem iudicio, quoniã in hac pro-
uincia procuratori ordinandi munus tribuitur, hu-
iusce artis officium in ratione dicendi etiam versa-
ri, & oportere eruditum procuratorem causam pa-
trocinandam adanufim cognoscere, & illam in-
quæstionẽ & statum reducere, & argumẽta & ra-
tiones adinuenire, & omnia prædicta aduocato ex-
plicare, quæ ad oratoriam artem spectant. Perspe-
xi etiam eius officiũ constitutum esse in methodo
ac ratione probe inchoandi, prosequendi & finiẽ-
di processum. Et quia huius rationis ignorãtia cog-
nouĩ causas maxime periclitari, proposui pro vi-
rili, certam procedendi normam mihi præscribe-
re. Quam cum absoluissem, & viderem te acumi-
ne & claritate ingenij, & ratione dicendi, & legum
huius Regni prudentia & praxi, q̃ maximo gra-
uium negociorum pondere, quæ tuo patrocinio
tueris atq; defendis, perfecte & exacte es assecu-

l iij

tus. & etiam affabilitate & gratia inter ceteros omnes huius artis longe eminere visum est mihi, rem & operam perdidisse, si tibi hæc rudimenta non impartirem. Ea tamen lege ad te mittimus, vt castigentur, & erratorum poenas vngue & obeliscis luant. Quare operam tuam quæso in hac re, honesta & liberali, mihi in te admodum affecto ne deneges: & adhibe te in ijs æquum iudicem, non iniquum, hoc est seuerum, non indulgentem, quandoquidẽ lituras tuas ita complectar, vt arbitrer in omnibus causis, quas agẽdas suscepero, breue compendium assequutum esse, quo me in portu nauigare existimem.

Vale.



Ioannes de Pilares


Michaeli Ferrerio suo,

S. D.



Iterarum tuarū phrasi amantissime frater, duo præcipua cuius innotescunt. Vnum quantum in Aragonensi provincia tibi & præsentibus & futuri plurimum debere fateantur, quod elaborans in exercitio tam utili & reipublice commodo, in breue volumen procuratoriam artem, tam ingenuam & præclaram (si recte tractetur) compilaueris. Quæ tum temporum, tum ingeniorum varietate, non mediocrem ægritudinem ferebat, & forsam fuisset omnino obscurata: sed tu in his diligentiam non præstitisses. Alterum vero quod ingenij tui acumen & praxis, paucis annis acquisita, quæ quodammodo infusa videntur, erunt omnibus explorata. Hoc vno mihi notandus videris, quod spectans meam sententiam, opus deprimere volueris. Licet enim equum esset, me tot annis quibus arte procuratoria fungor, iam prouectum & lassum, id & videre & recognoscere, potissimum quod illam didicerim sub Petro Cenedo auunculo tuo, procuratorum peritissimo, cuius tu etiam manum ferulæ subduxisti: tamen ingenij mei tarditas, & hebetudo, quam probe noris, te re

ducere poterant: ne in his opinionem meam expo-
sceres. Cæterū propria virtute ductus effecisti, eo-
rum reminiscēs, quibus mea nulla industria & pra-
xi in tyrocinio tuo proficere curasti. Quæ quidem
meo iudicio, si quid in hoc opere esset erroris, in
causa fuerunt. Verum vt tibi morem geram, ani-
mo tamen ediscendi, potius quàm emendādi: hoc
tuum breue compedium tam elaboratū & tersum
perspexi, quod maximo opere suspicio: vt i eloquu-
tione, doctrina & praxi refertum. Te etiam enco-
mij celebro, q̄ patriam ob id tibi perpetuo deuin-
ctam esse censeo. & beneficij gratia à te accepti con-
sulo, ne hoc opus, licet elimatum & perfectum, in
lucem prodas: quin primo illi iure peritorum sa-
pientissimo Alphonso Muñoz de Pamplona, cu-
ius nostris temporibus & eloquentia, facun-
diamq; & praxim non ignoras, elimandum
tradideris. Quippe qui si illud viderit,
& suffragio suo approbauerit, eris
prorsus communi patrie in-
gratus, si illico typis ex-
cudendū non man-
daueris. Vale.



Carmina in laudem auctoris.

*En tibi nunc primum candenti pumice tersa
Causarum species panditur atq; modus.*

*Et quæ longinquo fuerant rimanda dierum
Cursu, causidicis en liber unus habet.*

*Hinc varias poteris causarum nosse forenses
Formas, atq; modos qui latuere diu.*

*Ferrero grates igitur persoluito dignas:
Vtile tam multis qui dedit artis opus.*

Eiusdem auctoris ad lecto- rem operis peroratio.

HABES CANDIDISSIME
lector, procuratoriæ artis in formis p-
cedendi primordia quædam, breuius
quo valui in volumen cõpilata, potuis-
sem plura quæ ad iudicia attinent conscribere, vt
annotatio nostra plenior videretur. Sed ea tantum
attigimus, quæ ad praxim spectant, & in his non
curauimus verborum vti lenocinio, sed commu-
nibus verbis, & humili stylo. Iuxta enim Manilij

versiculum, ornari res ipsa negat contenta doceri.
Si quid ultra desideres; legas fororum volumen, &
officinā disertissimi Molini, in quibus, haud du-
bie hauries cuncta quæ hic consulto prætermisi-
mus. Nec mireris, quod unicuique formulæ exempla-
ria quædam, & ut ita dixerim ordinatam non ascri-
pserim. Quandoquidem non potuissem hoc iusto
volumine perficere. Et etiam in tanta negotiorum
varietate, quæ indies emergunt, vix vlla forma va-
let præscribi. Prætereo itidem, quod hæc libellandi &
ordinandi methodus, non utique ab exemplaribus
proficiscitur, sed natura & arte. Si enim in cōiectu-
rali genere Ulixem accusaueris, quod Aiace inter-
fecerit; nonne in libello accusatoris narratio suspi-
tiones dispersas & interiectas debet habere; ut ni-
hil dictum neque factum sine causa existimetur; de-
fensoris vero simplicem & dilucidam expositionem,
cum suspicionis attenuatione. Præterea, si propo-
sitionem litispendentiæ, per capita & articulos or-
dinaueris, oportebit totius causæ propositum &
statum depræhendere; & factum articulatim, bre-
uiter & dilucide ac verisimiliter narrare; & demum
apte & concinne concludere. Rursus si cōtestatio-
nem, replicam & triplicam ut vulgo dicitur propo-
sueris; operæ precium erit, in eisdem adiumenta nos-
tra applicare, & aduersariorum rationes diluere &
confutare. Quæ omnia quomodo fiant & à qui-

bus locis argumenta sumantur, & quonam pacto
proposito sint accommodanda, & in formam ar-
gumētationis colligenda, apud Rhetores & Diale-
cticos exacte tractantur. Quòd igitur de exemplari-
bus subticuerim, explicatius quàm oportuit, libuit ra-
tionē reddere. Quoniā ante huius operis æditionē
percepi, nōnullos illud improbasse, & naso quod
aiūt adūco suspendisse, utpote imperfectū; sed ut
cūq; sit, si tibi studiose lector minus satisfecerim,
id inscitix nostræ ascribas, & te vehementer
deprecor, ut huiusmodi conatum boni
consulas. egi siquidem quod potui,
& præbui alijs peritioribus an-
sam & occasionē ampliora
faciendi, quibus ego lam-
pada trado, & vale.



Declamatio in commen- dationem artis causidicorum.

DE RE MAXIME UTILI
atq; opportua dicturus, optarim patres
amplissimi, eum mihi praestari assensum:
vt benignitate & alacritate vra quoda
modo fretus, insigne patrociniu optimis viris im-
penderem, ipsa enim singularis vultus vestri laetis-
tia, non parum propitio numine mihi oblata, ves-
recundiam sedat, timoreq; exterminat. Nec istud
omnino iniuria, mea siquidem oratio, contra vul-
gi praesertim opinionem conuertitur. quae vt fre-
quenter caecutire solet, ita et a grauissimis viris as-
nimaduerti atq; emendari debet. Vulgus enim cu
multis constet capitibus, isq; ut plurimum imperi-
tis, erroribus adeo intricari solet, vt optima & vti-
lissima respuat, vana & prorsus inutilia sectetur.
Sic enim & in praesentiaru effecit, causarum etenim
cognitionem, atq; commode earum tractandarum
officium diuinum ac maxime liberale munus vili-
pendens, facultatis huiusce viros, qui in antiquorum
oratorum locum successere, nec honore prosequi-
tur, neq; suo in statu honeste consistere patitur.
Vos igitur oratos velim patres amplissimi, vt que
vestra est prudentia, attenti & benigni auditores mi-


hi ad sitis, & disciplinam hanc nostram, quam Dei optimi maximi indulgentia hominibus est imperita, vestro assensu foueatis. Est enim ratio inueniendi et dicendi, quid in vnaquaque causa optimum & utilissimum videatur. Quam quidem imprimis causidicus meditatatur, deinde cum primum conceptam aduocato comunicat, à quo de iure plenius instructus, in commentarios redigens, extensiore calamo tandem dilucidam, atque egregie compositam alijs omnibus rhetoricis coloribus nobilitat, aptaque praesertim conclusione exornat. Iure siquidem optimo, hanc artem poterimus Ciuilem scientiam appellare: in qua ut inquit Cicero simul cum eloquentia, et vis rhetorica & artificium continetur, aut saltem oratoriam facultatem, uti quae omnino tria eius capita, ac ut ita dixerim principia, genus scilicet demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale complectatur. Nam ut Leontinus Gorgias nobilissimus rhetor, oratorem de omnibus rebus optime posse dicere existimauit: ita et noster causidicus & scribendo et agendo patronus effectus, in magnorum illorum oratorum locum non iniuria successisse est censendus. Nostra enim haec disciplina, non contenta enthymematis, inductionibus, syllogismis, atque alijs id genus probationibus, veluti contractioribus nonnunquam etiam et obscuris: ad suauitatem eloquentiae praetergressa, & reliquas etiam liberales

artes amplexa, vitam, existimationem, facultatesque
omnium, non sine lenocinio, & tuetur & fouet.
Primum quidem ut diximus ad causidicum spectat,
defensio & accusatio, quæ utraq; largissime patet.
deinde petitiones ciuiles omnes, atque contrarię ex-
ceptiones, quarum ut infinitus est numerus, ac di-
uersus ordo, ita & causidicum oportet, nullam ex
liberalibus disciplinis non ad amicum callere. De-
inde ut natura sit neque morosa neque peruicaci, sed
blanda ac prompta. fidem in primis ut teneat, talisque
de eo ubique præferatur opinio, uti singulari diligẽ-
tia, exacta industria, puro pectore, mira facundia,
clientibus suis adesse absque vlla tergiuersatiõne cre-
datur. Finis autem artis est, ut in pace viuatur, & sua
cuique sint salua. Estque disciplinæ huius, ad eum neces-
sarius usus: ut illo neglecto, nullum sit tribunal, nul-
la iustitia, facessat æquitas, bellum ubique, ubique pu-
gnę. Immo in antiquum quodammodo chaos omnia
reducta videantur. Sed obsecro: quidnam consen-
titur potius fuisse Demosthenem, Hyperidem, Li-
siam, Eschinem & reliquos græcę literaturę candida-
tos, quàm egregios causarum patronos? Immo &
ipsum Periclem, cui tanta inerat in dicendo suauis-
tas, uti Suada dea in eius labijs insidere diceretur,
causidicum agnosco præcipuum. Agnosco etiam
& Alcibiadem, agnosco & Aristotelem, similiter
Platonem. Sed si vos maior tenet rerum Romano

rum admiratio, vt de Cicerone interim taceamus, huiusce disciplinæ magistro, ac duce: perpēdite q̄so, qualis olim fuerit Antonius, qualis Crassus, qualis Pompeius, atq̄ ipse qui omnes superauit Cæsar. Immo et antiquiores omnes Romanos, viros optimos ac sanctissimos, & bellicis etiã artibus maxime admirabiles, considerate: quantum foro, quantum clientibus, quantaq̄ cum laude impenderint, operæpretium quidem sese facturos sunt arbitrati, si in hac arte excellere viderentur, ita vt nec ducem vllum, nec ciuem insignem, absq̄ disciplinæ nostræ adminiculo magnum euasisse historici omnes proclamant. Restat vt aliquorum tacitis obiectionibus satisfaciam, qui cum videant prestrepere nonnunquam forarabularum quorundam vociferationibus, volitare libellos, multiplicari schedulas, id totum disciplinæ nostræ immerenti, inconsulte attribuūt. huiusmodi cauidicos auertat Deus, p̄culq̄ hinc vel ad vltimos æthiopes propellat. Sunt enim garruli impostores, indigni qui ante ora iudicum admittantur, fallacissimi mortaliū omniū. Habet vnaquæq̄ ars deprauatores suos. Resonabat paucis ab hinc annis Academia, nugacibus Sophistis, imperitis Grāmaticis, Rhetoribus ac Philosophis absurdis, Medicina iurisq̄ civilis scientia adeo deprauatæ erant, vti doctissimorū virorū longa industria, vix tandem in pristinum ni

tores sint restitutæ. Non fuit tãtæ calamitatis disciplina nostra immunis, sed isti etiam ardeliones ac sophistæ, nostro foro tenebras ingesserant, sed iam mediussidius eorum arrogãtia poenas dat, affidentq; passim in utroq; foro viri graues & cordati, qui absq; clamoribus ac calumnijs facũdissime patrocinantur, inter quos plurimos possem nominatim recensere, fide, eloquẽtia, rerum vsu atq; doctrina maxime admirandos. At præstat neminem singulatim laudasse, sed artẽ hanc vtilissimam, que imperitorum obtreccionibus, apud aliquos forsitan male audiebat, vestro sic tandem suffragio liberalem cognoscere: vt vere ingenuis viris digna, ciuitatibus opportuna, deq; toto hominum genere bene merita, certo certius credatur. Vosq; vel saltem exoratos reddere, vt pro humanitate ac sapientia vestra, disciplinæ huic propensius faueatis, & nostros Causidicos, viros optimos, atq; cõmunis quietis ministros, honeste atq; amanter colatis ac ornetis, Dixi.

Finis.


 Ex inclyta Cæsaraugusta
apud Petrum Bernuz, tertio decimo
Calendas Augusti.

Erratorum que in hoc opere continentur correctio:

In fol. 16. pa. 2. linea. 20. vbi dicitur predictis conuentus, est dicendum predicti.
In fol. 22. pagi. 1. linea. 2. vbi dicitur fol. 92. est dicendum, 91. In fol. 34. pagi.
2. linea. 7. in principio lineę vbi dicitur. 133. est dicendum, 53. In fol. 40. pagi.
1. linea. 4. vbi dicitur consistens est dicendum consistetes. In fol. 42. in. 2. pag.
2. linea processus infationis vbi dicitur nostrum, debet dici nostrorum. In fol.
43. pagi. 1. in. 1. linea vbi dicitur in foro. 1. incipiente, debet tolli illud. 1. In fol.
46. post capitulum quocumque, fuit omissum sequens capitulum. ¶ Siquis
fuerit captus, et pendente accusatione fuerit iterum appellatus seu accusatus: que
forma sit seruanda per secundum accusatorem, vide for. incipi. Preterea sta-
tuimus, titu. de accusatio. fol. 157. als fol. 88. et for. incipi. Por quanto algunos
regnicolas, sub titu. de appellitu. fol. 150. als. 136. In fol. 48. pa. 1. lin. 6. vbi
dicitur als. 17. dicendum, 173. In fol. 50. pagina. 1. linea. 23. vbi dicitur apprehē-
sione, est dicendum appellatione. In fol. 53. pa. 2. in principio vbi dicitur olim, de-
bet dici olim. In fol. 53. pagina. 2. linea. 11. vbi dicitur Januario, Febuario et
Martio, dicendum Martii, Iulij et Nouēbris. In eodem fol. et pagi. li. 12.
vbi dicitur icpublanda, debet dici publicāda. In fol. 64. pag. 2. ll. 8. processus
literę pig. vbi dicitur. 131. est dicendum. 231. In fol. 67. pagina. 1. linea. 11. vbi
dicitur tenetur, est dicendum tenentur. In eadem pagina. linea. 14. vbi dicitur,
¶ scribendum quod, In fol. 67. pagina. 2. lin. penultima vbi dicitur dictū est
superi⁹ est legendū diceſ inferius. In fol. 68. pagi. 2. vltima linea processus li-
cētis vendendi vbi dicitur vt minorum, debet dici vt minor. In fol. 75. lin. 1.
vltimi car. ¶ dicitur grauata, debet dici grauata. In fol. 77. line. 2. vbi
dicitur potest, est dicendum petet. Eodē folio linea. 25. vbi dicitur petenda, di-
cendū est petendo. In fol. 78. pa. 1. linea. 19. vbi dicitur. 243. dicendū. 143.
Eodem fol. pagi. 2. linea. 5. vbi dicitur factam dicendum facta. In fol. 79. pa.
2. linea antepenultima vbi dicitur in qua, dicendum de qua.











III

5935

13-1h

2539